VI 6 Hs 915.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

No. 915

469 Bl.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

Quomodo in studio procedendum Brecher ad Regestam p. 41. seq.

cautelae (1) ex fine Reipublicae cuncta esse diudicanda
(2) olim ex regula quicquid potest Imperator in Imperio
illud quilibet Princeps potest in suo territorio
(3) Notae ex Legibus Publicis & observantia
(4) Consulendae omnium rerum origines ut male
fiat delicti de Jure. enim ex origine civitatum
noui facile noscere possumus ad quem statum
vitae spectet [illegible] an jura Germaniae an
[illegible] de inducta quomodo &
[illegible] aut pro Imperat
[illegible] statibus praesumtio.

Dissert. de origine Jur. Publ. Germ.

Notitiam

Bibl. No. 246.

STATVS PVBLICI GERMANIAE

Historico-Juridicam.

Ritus Recitandi de suis studiis recte cognoscendis

Horatii Embsteng. Sturmius. Jesaiae

JVS PVBLICVM

Georgii Engelbrechti Programma de congressibus Allegationum usu pacem studiis vitandis.

Jus Canonicum et ejus scita praecipue consulenda.

Noscendae antiquitates Germaniae, praesertim quae ad ius officiorum conservandorum nostrum conducunt

Cavendum ne in historia facta pro iuribus accipiamus quod haud alibi in Germania dicimus Schrift. p. 421. congruitur ne recte excolebatur.

Non indicandum nisi tota re perspecta

Exercendae sedulo Historiae singulatim Germaniae provinciarum docente Ludewig in Germ. Princip. Schrift. p. 422. 471. seq. praecipue ubi inde originatae constare posse de suis statuum, de quibus ex historia vniuers. Germ. non aeq constare queat.

Vigens artificium comparandae Regimen Spirabilium rumpubl. & Vnterschied Reipubl. mixtae, et eiusdem inde fluxa claviora.

Quod Tractatio de forma Resp. Germaniae non sit ad ultimum vsq. terram perducta.

1

conscript. 1776. mense Octobr.

D. O. M. A.

CAP. 1.

de titulo opusculi.

Ea consilia ad hasce chartas concinnandas accessimus, Benigne Lector! ut disciplinae, quae Imperii Germanici habitum, quod ad Ius, adumbrat, viam muniamus; eius nimirum ambitum, quibusque & praecognitis, & cautelis, & adminiculis ad eius cognitionem perveniatur paucis indicaturi. In eo cum essemus haud abs re fore visum, si Introductionis titulum opusculo praescriberemus: utpote enim nos non lateat hanc inscriptionem nostris pagellis communem esse cum multis libellis, in aretum coactum huius Scientiae Systema pandentibus, et ista, quod aiunt, in eam introducentibus: maluimus tamen Illustrium I. C. torum Reichelii & Vulpisii mentem Iesu, qui libellos quoscunq; Systematicos non tam introducere, quam potius totius doctrinae fegetem pandere sibi persuaserunt, adeoq; plane diuerso de hoc nomine compellandos esse. Haec ego quidem; sin vero cuiquam à more suo non deflectere omnino stet, per me suo Ius abundabit. Ipsum hoc, quod nos vindicare conamur, cognitionis Reipublicae Germanicae, quatenus quod publicè Iuris est confiderat studium, variis olim hodieq; nominibus insigne fuit, ex quorum tamen numero maximè frequentata exstiterunt, Iuris Publici, & Notitiae Imperii appellationes. Nos Notitiam Imperii Historico-Iuridicam dicere amaueimus, cuius facti, ne animum tuum subeat admiratio, causas accipe. Notitia Germaniae, ut cuiusq; singularis Reipubliae, si in vniuersum eam consideres, aut Historica est, aut Politica, aut Iuridica. Historica omnia illa complectitur, quae Reipubliae originem, mutationes, Geographiam, numerum & latitudinem Imperiorum, opes & potentiam,

(a) de Studio I. P. recte instituendo p. 48.

modum habendi & formam Imperii, leges, vicinos, faxorem & odium aliorum, bellum, pacem, foedera, praetensiones, prospera & aduersa, Genealogias atq; res gestas Imperantium, iudicia, ciuium ordines, mores, linguam, religionem, & si quae alia huc spectantia atq; circa ea simplici tantum modo Notitia more suo defungitur. Iuridica circa ipsas leges, aut diuturnam, quae pro lege est, obseruantiam, quibus Imperium vel initio vel postmodum forma. tum fuit occupatum, quidue vigore earum tam rectoribus Reipublicae quam subditis ueris sit, quidq; etiam exteris vel lege vel obseruantia competat, aut ab iis iure repeti queat, persequitur. Hisce se fidum Comitem addit Notitia Politica, in causas & occasiones omnium harum rerum inquirens, simul vero dijudicandum ea hoc vel illo modo se habeat è Republica sit, modos, conseruandi, & augendi & noxia in melius mutandi dispiciens; quod ut exactius fieri queat, non potest non arcanis & rationi status, tam ipsius Reipublicae quam vicinorum, ut & flagitijs quae vocant dominationis, & aliis huc spectantibus operam dare. Vtram harum partium demum non habebis vniuersae Reipublicae Notitiam integram; verum seorsim tamen à se invicem hae tres considerari possunt. Historica sibi ipsa sufficiens, nullis externis adminiculis eget; diuersa ratio est Iuridicae & Politicae, quarum illa quidem necessaria ex Historica praecognita & adminicula supponit; Politica non nisi Historica & Iuridica integris exhaustis acquiritur, quippe ex quibus materia circa quam versetur comparanda est. Ex dictis nunc quidem sibi constabit, nos iure Notitiam Status Publici Germaniae historico-Iuridicam titulum operculo huius praefixisse,

cum eius quae Jurídica sunt, necessaria cognitione Historica fuffulta, nostros Juris Publicii aut Notitiae Jmperii elogijs insignes libellos, aut tradere, aut tamen tradere velle videas, itaut nonnulli negocio quo consilio & Politicorum partem attingant: ut adeo mirari jubeat, quid causae subsit, quominus Notitiam Jmperii latius, Jus Publicum autem, de eis, quae exhibent, strictius ac par erat praedicari ayroscere, nequiverint, praesertim cum autores de Notitia Jngulariis Reipublicae & Jure Publico Universali, à nonnullis emissi elegantes libelli, vel soli id docere apti fuerint. At quo largius de re mercamur, ne nigri labore circa mentem nostram laborandum sit, praesertim cum multitudo hunc locum non referenda attulerint, & nescio quem centonem effinxerint, antequam longius in altum provehamur, totius, quod aiunt, Juris Publici, summa capita libabimus, eò expeditius postmodum progressuri hac sarcina prius deposita.

plurima (pauca enim apte ad asseri tolerantur)

CAPUT 11.

Notitiae Status Publici Germaniae Historico-Juridicae Jchnographia.

In Juris (quod dicunt) Publici capitibus ordinandis, salvo quinquo rectius Te sentire putantis judicio, hic nobis modus placuit, ut praemittatur

à quorum Summa dicendorum eam excipiat

Lib. 1.

cap. 1. Brevis Chorographia Germaniae & regionum ei hostilium parentium.
2. de finibus Germaniae, iisq; protendendis conservandis ac recuperandis.
3. de Italia atq; aliis Jmperio vel subjectis, vel fere atq; minima exemtis.

Lib. 11.

cap. 1. de Regimine Germaniae Jubditarumq;

regionum particulari & Universali in genere.
2. Utriusq; horum formatum aut observantia, aut Legibus.
3. de observantia.
4. de Legibus earumq; usu & non usu in genere, & postea speciatim
5. (1) de Recessibus Imperii.
6. (2) de Aurea Bulla.
7. (3) de Pace profana & Religiosa -
8. & has omnes corrigentibus & explicantibus (4) pace Westphalica tamo
9. (5) Capitulationibus singulis Imperatoribus à Carolo V. usq; huc Scriptis, & [illegible] Statuis Germaniae.

de Consociatis Nat. Germ.

q reorganesi, Ryswick. & Rastad.

I VB. III

Cap. 1. De membris Imperii, variis videlicet Rebuspublicis singularibus, Imperio toti nexu tantum Systematico coniunctis.
2. de origine harum Rerumpublicarum specialium, ac nexus systematici.
3. de potestate Imperantium in his Rebus publicis in genere, s. de Superioritate territoriali.
4. speciatim (1) de potestate Legislatoria atq; privilegiorum concessione.
5. (2) facultate Judiciaria, & Jure indulgendi ac remittendi poenas.
6. (3) Praemiorum ac dignitatum largitione.
7. (4) Jure circa securitatem publicam, viarum, itinera,
8. & directionem Commerciorum.
9. (6) Jure percipiendi quorumvis reditus ac vectigalia.
10. (7) Jure in bona publica ac privatorum.
11. (8) Jure circa Sacra.
12. (9) Jure circa Studia.
13. (10) Jure Legationum.
14. (11) Jure Foederum.
15. (12) Jure Belli & armorum.
16. (13) Jure Pacis.
17. (14) Jure Dominii in alios terris cetera ei non subiectis, competentibus, & viceversa.

18. (15) Fuse omnibus illis mediis utendi quibus haec pia sacra tecta conservari, nec augeri, atq; commode administrari queant, ubi de Comitiis Provincialibq; Archiviis, Ministris &c.
19. de variis formis harum Reipublicarum.

Lib. IV.

Cap. 1. De subiectione territoriali, eiusq; variis formis in genere.
2. de libertate subditis utplurimum relicta.
3. de modis firmandi subiectionem.
4. de Subditorum ordinibus variis, eorumq; inter se comparatione.
5. de modis tollendi subiectionem territorialem quoad singulos.

Lib. V.

Cap. 1. De variis modis acquirendi, & transferendi acquisitum Imperium, in specialibus Germaniae Rebuspublicis.
2. de Interregno & minorennitate.
3. de asseritio & conservatione Summi Imperii & Superioritatis territorialis, nec non Iurium ei vicinorum.
4. de amissorum Recuperatione.
5. de abdicatione totali & partiali.
6. de mutationibus harum Rerumpublicarum.

Lib. VI.

Cap. 1. de Statibus & membris eorumq; ordinibus in genere, & singulis in specie. (1)
1. de Archiepiscopis.
2. de Episcopis.
3. de Magistro ordinis Teutonici.
4. de Archiducibus.
5. de Ducibus.
6. de Landgraviis, Burggraviis, & aliis Principibus.
7. de Abbatibus, Abbatissis ac praepositis Principibus ac Simplicibus.
8. de Comitibus Principibus.
9. de Comitibus & Baronibus.
10. de Civitatibus Imperii.
11. de Nobilibus Imperii.
12. de pagis Imperii.
13. de harum omnium Rerumpublicarum descriptione in circulos, Quaterniones, Classes, Pontificios, Reformatos & Lutheranos &c.

Lib. VII.

cap. 1. De Comparatione harum Rerumpublicarum inter se, praecipuè ratione opum affluentiae vel tenuitatis.
2. de praeeminentia & patientia harum Rerumpublicarum inter se, partim ex potentia, partim vero observantia ortis.
3. de Existimatione & differentia harum Rerumpublicarum apud exteros.
4. de Titulis, Insignibus ac Sigillis.
5. de Specialium Germaniae Rerumpublicarum Juribus ratione Imperatoris & totius Imperii, tam generaliter, quam etiam quarundam eminentibus in specie.
6. de obligatione qua membra Imperii Imperatori & toti Imperio obstricta, & eius recognitione.
7. de Jure Publico singularum Rerumpubl.

ib. de Archiofficialibus & Electoribus eorumq; subofficialibus.

Liber VIII.

cap. 1. de regimine Germaniae Universali Republica videlicet maiori, eiusq; habenas tenente Imperatore.
2. De Imperatoris Electione.
3. de adhuc in vivo Imperatori vivo Rege Romanorum, eius Electione & potestate.
4. de Imperatoris coronationibus.
5. de Imperatoris Maiestate, eiusq; splendore, ratione exterorum.
6. de Maiestate Imperatoris in Imperio, in genere, definita per Capitulationes & observantiam.
7. de exercitio Jurium Maiestatis Reipublicae maioris aut (1) per Imperatorem solum, (2) cum consilio Electorum (3) cum consilio omnium Statuum Imperii aut eorum Deputatorum.
8. de Juribus Maiestatis soli Imperatori propriis, & (1) quidem Jure Sacrorum eiusq; religionis, Jure primariarum precum & Jure Studiorum.
9. (2) de Jure in Italiam et absoluto.
10. (3) Jus creandi Reges, Archiduces Duces Comites &c. aliasq; dignitates honorificas concedendi.

11. (4) Jus investiendi de feudis Jmperii, & de iis cognoscendi.
12. (5) potestas Judiciaria.
13. (6) Jus legitimandi tam Illustres, quam alios, & illos consentientibus agnatis ad successionem.
14. (7) Jus Controversias de precedentia Statuum.
15. (8) de vestigalibus ortas inter Status & Electores definiendi.
16. (9) Privilegiorum & in specie de non appellando concessio, & cognitio de talibus. Privilegiis.
17. (10) Jus augendi Territoriorum titulos & insignia.
18. (11) officiosam Legationem nomine Jmperii recipiendi & peragendi.
19 (12) Jus dandi veniam aetatis.
20. (13) Jus restituendi in integrum.
21. (14) Jus concedendi inducias moratorias.
22. (15) Jus Postarum generalium.
23. (16) Jus concedendi nundinas solennes.
24. (17) Jus dandae civitatis.
25. (18) Jus concedendi officia Jmperii.
26. (19) Jus proponendi in Comitiis.
27. (20) Jus providendi ne Jmperium detrimenti quid capiat.
28. (21) Jus titulos, insignia gerendi, propio nomine omnia expediendi &c.
29. de Judicio Palatini in Caesarem.
30: de Jmperatoris Morte, Resignatione, & de Depositione remissive.
31. de Vicariis Jmperii vivente Jmperat.
32. de Vicariis Jmp. vacante Jmperio.
33. de Vicariorum horum potestate.
34. de Regalia Jmperatoria.

cap. 1. de Regiis Caesareo - Electoralibus, eorum Conventibus in genere.
2. (1) Jus statuendi de rebus Jmperii moras impatientibus.
3. (2) Jus conferendi Electoratus apertos.
4. (3) Jus indicendi Comitia.

5. (4) Jus concedendi vectigalia.
6. (5) Jus Stapulae, gerakii &c.
7. (6) Jus concedendi regale monetae.

Lib. X.

cap. 1. de negotiis Imperatori cum consensu omnium Statuum peragendis.
2. de Comitiis Statuum Universalibus,
3. de Comitiis Statuum Particularibus tam ordinariis quam extraordinariis.
4. de Negotiis Comitiorum partim (1) ipsum eorum Statum (2) Negotia totius Imperii (3) Imperatorem & Reges Romanorum (4) Status singulos concernentibus.
5. Ad eorum Statum pertinent (1) Emendatio defectuum Comitialium
6. (2) Determinatio valoris votorum maiorum.
7. (3) Concessio sessionis ac voti in Comitiis.
8. (4) Exclusio vel remotio à Jure Stati.
9. (5) Consultatio de numero directorum in collegiis.
10. Negotia totius Imperii tangunt (1) Pacem Publicam firmandam ac constituendam.
11. (2) Circulorum &
12. (3) Deputationis ordinariae reimtegratio.
13. (4) Feudorum maiorum Imperio apertorum collatio.
14. (5) Novorum Electorum creatio.
15. (6) officialium Imperii cum re institutio.
16. (7) Negotium bonorum Imperii alienandorum & oppignorandorum.
17. (8) Reformatio, transpositio & abrogatio Summorum Imperii tribunalium.
18. (9) abusuum circa Executiones (2) portas (3) monetas occurrentium universalis medela.
19. (10) restitutio finium amissorum.
20. (11) Matricula.
21. (12) Legum latio interpretatio & abrogatio.
22. (13) Bellum, delectus, hospitationes militum, & transitus exteris concedendus.
23. (14) Collectae imponendae & remittendae.

24. (15) Legatorum ad Imperium missorum receptio, ut & missio nomine Imp.
25. (16) Foedera ac Pax.
26. (17) Concilia & Colloquia de causis Relig.
27 (18) Feriae generales.
28. (19) Calendarii confectio.
29. (20) Institutio [illegible] erum ac mensuum Vniversalium.
30. Imperatorem vel Reyem Romanorum attinent (1) Conceptio Capitulationis perpetuae.
31. (2) deliberatio de Electione Reyem Romanorum extraordinaria.
32 (3) de sustentatione Caesaris.
33. (4) Depositio (ut vocabulis videtur) Imperatoris.
34. (5) Controversiae Imperatoris cum aliis.
35. de Statibus singulis disquiritur (1) quando feuda aperta huic vel illi personae concedanda & aut. quis recipiendus in Statum Imperii.
36. (2) si quis in bannum declarandus.
37. (3) huius rei sunt Statuum delicta.
38 (4) cognitio de vectigalibus minuendis ac tollendis.
39 (5) cognitio de causis à Judicio Aulico vel Camerali ev advocatis.

LIB. XI.

cap. 1. de Judiciis Germaniae.
2. de Judicio Aulico.
3. de Judicio Camerali.
4. de Judiciis Rothvilensi.
5. de reliquis Imperii aut magnae eius partis Judiciis vigentibus aut abolitis.
6. de Judiciis Provincialibus.
7. de Judicio Austregarum.
8. de Judice in causis Statuum vel membrorum Imperii dubii fori.
9. de Recursu ad Comitia.
10. de Forma Imperii Romano-Germanici.
11. de Nomine Imperii Romano-Germanici.
12. de Ratione Status Imperii Germanici.

CAPVT III.

De viis ad hanc Scientiam à variis variè praescriptis iudicium.

Considerasti, amice, studii huius amplitudinem, omnesq; recessus; verum quicquid huius sit, non est cur molem horreas, tuosq; humeros ei supponere verearis: initio commoda institutione opus est, ut noscas quomodo caute huic vergendum sit quo eo facilius atq; solidius proficias, docent dempq; atq; exercitatio cetera, ut tandem solus ambulare, atq; pasci queas. Haec de qua mihi sermo est manuductio, optima, si mediocritatis sensa, brevis quidem sed concinna & omnes partes scitu dignas explicans. Sane Erasmus Johanni Alexandro Brassicano, nescienti qua ratione doctus posset fieri, respondit ex tempore: si doctis assidue conviveret: si doctos audiret non minus submisse quam honorifice: si doctos strenue legeret: si doctos diligenter edisceret: denique si se doctum nunquam putaret. Haec ei, ut homini alienis oculis per aevum uti volenti, atq; iam studiis haud leviter imbuto utcunq; sufficerint, homini vero erectioris ingenii, vel studium quoddam à primo limine salutanti nequaquam: servilia sunt, brevia nimis. primordia cuiusq; scientiae sufficientem partium, procognitorum & administrandorum enarrationem, tum etiam ut, cautum eorum instilles poscunt, quod dextritiae Germaniae Reipublicae Historico-Iuridicae, cum reliquis commune est.

(Cf. Jo. Goldast. Epist. Philolog. p. 169.)

§ 2

Dudum veritatem sententiae nostrae quod ad Jus Publicum cognoverunt viri eruditi, cognoverunt vero simul, non fuisse, qui surgentia Jurisprudentia (quam vocant) Publica, hos numeros implerent; ideoq; malo huic medelam ferre conati sunt, de quorum curis nunc aliquid in medium proferendum. Primus ni fallor huius disciplinae Lol. Cozzius regius, in Pol. politicis & tractatu de prudentia civili, docuit,

quomodo ad Notitiam singulares Reipublicae exirendum sit secuti Bosius & Boeclerus, dum id agebant, identidem de Germania sua cogitantes. Ea Conringii tradita, haud dubiè Illustrem eius discipulum Johannem Christianum L. B. à Boineburg longius provexere, ei scriptasis occasionem subministrando de Apparatu Viri Politici aliquid moliendi, cuius libelli contenta ipse hero in modum describit: Dole vero dicere amplius de modo rosecendi Respublicas, imperiumve Germanicum, cum ex apparatu Viri Politici, quem conspexi, patere possit aliquando. (a) Verum scriptum Illustris nostri, qui Scientiae nostrae Theoriae exquisitae, praxin multorum annorum iunxerat, haud dubiè optimae frugis, latet cum aliis. Vt adeo primae hic tribuendae sint Boeclero, cuius Notitiae Imperii Liber I. utut nimis concisus, & ad Otregia auctores remittens, haud ineptam, eius, quam glaerimus, institutionis, Ideam fistit. Quae Boecleriana subsidia, nisi nos omnia fallunt, Viro Illustri Jo. Georg. Sussicio Siue Kurzfleisch, discipulo Boecleri Obrechtig. postmodum in concinnanda dissertatione de Studio Iuris Publici recte instituendo, & de Scriptoribus eo pertinentibus, mire profuerunt. Edita est haec Dissertatio, adiecta Epistola de Studiis Iuvenis Nobilis recte instituendis ex editione secunda & tertia 1703. & 1704. 8. ex quarta vero Witteb. 1708. 4. laudanda profecto, at in Scriptoribus hue spectantibus, fere tantum occupata, ut reliquis, quae nos exhibere videbis, parum, aut nihil temporis relictum fuerit. Recte enim praecognita & adminicula versatus fuerat iam ante Nicolaum Hunnium Rosenmagium, verum in eo de Scriptoribus parum aut fi nauis omnino nihil, & adhuc praeter ea multa addotare, (quorum tamen in ipse in praefatione maximam partem rationem reddidit) quae quorundam necessariorum locum implentia. ✠

& satis prolixe, in quantum dissertationis tuent auctorem genuina principia iuridica.

(a) Epist. ad Buchenkrum in Actis Litterariis Struvii.

ed. Amstelodami 1685. 12.

Melior vtroq; est Joannis Ulrici Pregitzeri. Disciplina Notitiae S. R. Imperii ubi Praecognita & Administricula ad Jus Rei publicae cum, ipsi deniq; fontes cum exhibentur non male modus ad ferebat, sed desi aliaq; plura huc spectant

Roser.

Godefridi Ferdinandi Buxtorff Discursus Jurídico-Politicus de fontibus Juris Publici, et statu cum Dissertationibus de Regis Romanorum Electione & coronatione. Pragae 1689. 4. atq; paucis notis. Melior est Ioannis Sebastiani de natura & origine Juris Publici Dissertatio, brevis sed erudita. Ioannis Wolfii Notitiae Sacri Romani Imperii eruditae & in succinctas theses memoriales digestae Specimen primum. Helmstadii 1695. 4. haud vulgares observationes de genio, disciplina, fontibus & origine Juris Publici exhibet, verum nimis raras comparet. Erici Mauritii de principiis Juris Publici Germaniae in primis Dissertatio habita Tubingae 1662. in opusculis loco primo inuenitur: verum ille labor vestibulum potius maioris operis, quam ipsum opus mihi videtur, cum praeter nominis rationem & disquisitionem de Iure Naturae nihil fere exhibeat, quod equidem huc facere aptum sit. Ab his si abeas nihil fere sunt quos memorem, praeter eum, qui primo loco nominandus erat, Iacobum Thomasium Professorem quondam in Academia Fridericiana, cuius haud prolata Disquisitio de natura & administratione Juris Publici, inter Dissertationes eius quibus Introductionis in Juris Publici Prudentiam elogium praescripsit, loco primo conspiciendam praebet. Recte fane iudicio in multis uti auctorem hunc fateri dum omnino est, sed mallem ego etiam in reliquis, simul etiam praeoptarem, aliquanto planius omissa — esse, et de his quidem haud tenuiter, fortassis tamen me iudice typo multo rectius profecerit ex memoriis atq; privatis doctorum in hoc litterarum Genere virorum, ubi non nunquam quo modo, quibus cautelis, praecognitis, adminiculis et subsidiis ad votorum apicem perueneint tradentur Iure Publico.

Immanuel Kobes Friladung Zu einem Collegio Juris Publici Specimen Chilonskijo Zu dem Studio dieses Buchs vinnerungen praemittiret Utrecht. 18. Oct. 1722. 1. de Praenii Dr. vin Staatsrath Isb vin Phoenix.

Disputatio Juris Publici explicans illustriores controversias Juris Publici Rom. Germ. exhibitio nem illustrantes Dr. Christi ano Weidlingio Lips. 1700. 8. Ad Canto Christiano de Dietrau nonnulla huc pertinentia exhibet, sed mistae satis vagaria minuta, cum auctor plenatoris rem potius agat quam Juris Publici Doctorem.

de Gletle

Ad hunc etiam locum ornandum faciunt Illustris Goti Jo. Petri de Ludewig singularia Juris Publici, praemissa Commentatione in Stobaei Institutiones, ubi plurima haud alibi obvia, quod bel mea tacente quilibet opinabitur, nec non scriptum 1703. editum inter tuma Danum Clarissimum Frater Ritter Dr. no. 8. Grundsatz Juris Publici Imperatorii Lugius Lucinarchus Jungendum Jure Publico.

his vir, non sine uberrimo fructu legi possest. Commendo hanc in rem Thuani utut Galli Commentarios de vita sua, postremis Historiarum Editionibus annexos, recensq. Epistolas à Viris quibusdam Pragmaticis scriptas, quibus haud raro satis multa huc apprimè facientia inseruntur. MSSCC. servantur Johannis Christiani L. B. à Boineburg memoriae & Commentarius de vita sua conscriptus, quorum Excerpta, mihi visa, unguis, Leonem indicant. In plurimorum manibus versatur Samuelis L. B. de Pufendorff Epistola de Lochiana fratrem, elegans libello Severinum de Monzambano Veronensem auctorem merito praemissa, pessimo consilio quorundam editorum ab ipso opere segregata: cui si quis Pacifici à Lapide Discursum I. à latere ponat, uberes ne nidue fructus percepturus est. Non negligenda quoq. esse eruditorem qui in vitis sunt consilia si occasio detur, vel ne tacente quenquis arbitrabitur.

Superest, ut nonnullos qui in Specie hanc vel illam disciplinam cum Jure quod dicunt Publico conjungendam, aut alia Specialia hanc in rem suaserunt, commemoremus. Io. Iacobi CHOVERI Dissertatio Juris Publici Inauguralis de nexu studii Critici cum Prudentia Juris Publici Tubingae 1720. 4. Publico exhibita est; cujus cum ipse auctor in Germanam ungarischen Johan Wolfgang Textorem evenit, nihil habeo quod addam, praeter rivalem calculum. Ulrici OBRECHTI Argentinensis, de conjungendis Privati & Publici Juris studiis, inter opuscula postmodum locum sortita; ut et Georgii ENGELBRECHTI Dissertatio, qua Usum Juris Romani in Jure Publico Romano-Germanico hinusq. variis controversiis decidendis Helmstadii 1620. 4. ob oculos ponere annixus est, segregandaq. à Jure Publico in illud intruserit, rectius alio

8

omnino loci, quod dudum ante me Viris per
spicacibus iam demonstratum. Veram
Illum abrumpendum est, ipse, alios suos
quemq; locos relictis, in hanc messem falcem
immittis, uno contextu, omnia huc spectan
tia, quantum eius fieri potest exhibiturus.

CAPUT IV.

Vera ad Notitiam Imperii Ger-
manici acquirendam via.

§. 1.

Summa huius Methodi, quam nos tra
dendam suscepimus in eo est, ut quis à
Naturali habitu non ineptus iis exter-
nis huc se conferat, quae alias unum
quodlibet fere studiorum genus capes
senti necessaria existimantur: Postmodum
vero ea penitus imbibat, à quibus No-
titia nostra vitam atq; animam habet, Jus
publicum puta Vniuersale, Jus Naturae
& Gentium, Politicam Architectonicam,
Historiam, cum cognatis Jus Feudale & Canonicum,
generalibus rimatum Principiis, ex quibus
Notitia Imperii publici addendo aliquid vel de-
trahendo generalibus componitur. Adnu-
merada sunt vera Notitiae Religionum tum
propriae tum aliarum, Juris Privati tam
Romani quam Germanici, Notitiae plu-
rium Rerumpublicarum, praesertim vero Ger-
manicae, propius contingentium, quibus omni
bus Colophonem addent, peregrinationes prae-
sertim per Germaniam, commercium cum viris
eruditis, Legum Imperii, Historiae Juris
quod vocant Publici, necessaria cautio-
rum ex spectantium cognitio, & ultimo
demde loco usus & Exercitatio.

§. 2.

De iis dotibus, quibus à natura ornatu esse
debeat ad hoc studium animum adiicies, in pra
fers multa fari opus esse non puto. Etenim
Stupidus, vel nunquam fere, ita nec in hoc
Studiorum genere operae pretium faciet, suader

dumq; huius sortis hominibus sedulò, ut potius honestam quandam artem quam studia capessant. Subacto ante omnia, docendi quod gerit iudicio, memoria utendum quam Deus dederit; ea si felix, habet de quo sibi gratuletur studiosus: cui vero Deus id felicitatis negavit, prolixis Excerptis debilis memoriae succurret, utut haec omnibus, etiam maxime firma memoria utentibus suaserim, cum semus vesperi plerumq; eius de re nec ita vehat. De ingenio idem esto iudicium. Est speciatim de temperamentis hoc exoptandis nihil omnino à me, cum haec quaestio non magni usus, et spinosa admodum sit. Solent tamen alii quoad hos Circulos palmam deferre Cholerico-Sanguineo, aut Sanguineo-Choleric, in quae ratiocinia mene inquirere mihi non vacat.

3. Nec etiam prolixam Disquisitionem de artium quae liberales vocantur vulgi usu quis à me exspectet, cum harum quis pro libitu tantum haurire queat, quantum ei visum fuerit. Dialectica, Rethorica, Musica, Arithmetica, Geometria & Astronomia scientiae sunt, quae ut instructum eis ornant, ita ingenium studiis deditum hominem non decet eas insuper habuisse. Sola est Grammatica, qua Studia, quaecunq; demum amplectens, carere omnino nequit. Nullum itaq; quod ad hanc speciale hic praeceptum, at cum ars Grammatica latissime pateat, omnesq; linguas ex aequo afficiat, nec eae tamen omnes Notitiae Reipublicae Germanicae Consulto vel excolendae sint, vel excoli queant edisserendum quibus is potissimum egeat. Et de Latina quidem fortassis dubitaverit nemo, cum nec Archivia antiquioribus chartis & reliqui id genus instructa lustrare, nec adminicula ad hanc disciplinam, nec ipsius Theoriam compara-

quae. Praeterea operae est, ut, postquam nova instructus via ac ratione viri quidem Reipublicae aliquanto in interiorem cognitionem penetrabit. Ne diligentia fiat, nil operae quam desidibus. Meliora sua readmant, in quo labore opus est. Cf. Praefatio disciplina Notitiae S. R. I. p. 5a. huc conferendis.

Etenim longe recessimus ab iis naeniis, causarum ignorantia generibus & locis dialectici, quibus veteres scripta alii legerunt, istis obtenta satis laeta minuenda reddiderunt.

rare his subsidiis destitutus queat, monumen-
tis fere omnibus ad Seculum usq; XIV.
& auctorum huc facientium maximo nume-
ro Latinè loquentibus: ut nunc taceam, con-
tingere posse, ipsos nos aut sponte, aut pro
officii ratione libris exarandis operam da-
re; qui ut non semper Latino, ita nec omni
tempore vernaculo ore loqui possunt. Hei
omnino commendaverim, purum ac liberio-
rem stilum, non tam anxia praeceptorum co-
pia, quam optimorum auctorum lectione
quaesitum. Nec tamen praecepta praecipuè
in limine negligenda, id volo, ne quis in iis
nimius sit, atq; aliis potius quam sibi fidat.
Proderunt itaq; Scheffleri, Praschii, Cellarii
aliorumq; libris fere & tonsoribq; noti labo-
res, alterius omnino loci.
Graeci sermonis parcus hic usus, utut enim
Historiae Byzantinae Scriptores, aliiq;, eum
sibi vernaculum adhibuerint, atq; Phrygii
nequeat Reges atq; Imperatores nostrates
usq; ad Intenegrum multa Institutа Grae-
cis moribus debuisse, quorum in his scatu-
rigines latent; nescio tamen an haec necessi-
tatem Graeca discendi involuant. At ne
fortassis clamites, praeter ea quae comme-
moravi, multa nostrarum rerum, praecipuè
dum de Expeditionibus Sacris sermo est
incidenter in Graecis occurrere; scire e-
quidem & hoc me fateor, verum simul quo
probè nosse, obscuram, confusam atq; erroni-
ridiculam esse quae ex his hauriatur co-
gnitionem, aut si quae omnino sana sit,
aeq; ac priorem ex limatis versionibq; Compen-
dio operae provenire posse, ut reliqua breui-
tis studio taceam. De Hebraicis religuisse o-
rientalibus nostro aevo vogabit nullus, at si
nobis ea Secula contigissent, quibus Iure Na-
turae & Gentium iacentibus omnia praecepti
& Exemplis biblicis probare moris erat, amplior
hic labor foret. Italico & Gallico ore loqui

nostrae partis Juris Studiosum oportet, non solum Etymologicorum ergo, de quibus post ea; verum etiam quod hisce utentes gentes aut iisdem aliquando Dominis nobiscum usae, aut tamen Imperio nostro parueruent aby adhuc dem parent; ex quibus omnibus facile est colligere, plurima tam quoad Maiorem, quam quoad Minores nostras Respublicas, sive Regiones Germaniae, iis nobiscum fuisse communia, quae cum magnam partem nativus cuiq; sermo oculis dat, hisce linguis nonnihil temporis tribuendum esse. Verum nec haec sunt unicae causae, meminerint Historiarum & Juris nostri Studiosi, maxima negotia belli pacisq; tempore, postquam Italia & Gallia res suas seorsim habere coepere, iis cum Germania fuisse, imo etiam maxime insignes mutationes ei olim Italiam, Patrum vero memoria Galliam creasse, ex quarum causis aby his linguis si sit penitius penetrari nequire, pedibus in sententiam nostram ibit, gravis & aliae partim communes partim speciales causae restent. De lingua Belgica eadem quae de Italica & Gallica ferenda sententia, sed ratior hodie fere eius cupido, cuius rei fons equidem in aperto est.

Vernaculam nostram, Germanicam nimirum, si denuo imbibendam imperito suaderem, dierasem, insigni illum cachinno meamonita excepturum: at gnarum Jurisprudentiae nostram Rempublicam concernentes minime fugiet, in rem suam haec docere. Eo enim res devenit, ut Germani, Germanica Medii aevi verba, in chartis, legibus, Historicis & Commentariis privatis crebrime occurrentia, non nisi data opera, intelligamus, adeoq; ne in diversa à sensu auctor-

nis abeamus Germanicam linguam, veteracutam nostram, denuo addiscere cogamur. Exstant eam in rem multorum Scripta, de quibus nuper prolixe disserere Johannes Georgius ab Eccard, & Iohannes Joachim Westphal, quibus fortassis & Diecmanni Syllabus notis in Glossarium Rhabani adiectus accensendus, ut adeo nostra opera haec res non egeat. Congessit se multos aliqua bene multa Etymologicen Germanicam illustrantia inaudivi, verum nihil horum prodüt, praeter Leibnitianos & Schilteri, qui nunc exeuduntur festo post humanum volumine conclusi labores. Illa nostra vetus Germanica, cum in Germania sola minime substituerit, hodie non nisi in monumentis penes nos compasens, aliis viva sit, quae nobis dudum mostrea, addita sunt aliarum gentium linguae, utpote contagio vocum peregrinarum afflictam vetustatem servantes. Praeter Italicam, Gallicam & Belgicam, tutissime hic nihil habebit, tum Gothica vetus, tum recentior Danica nimirum & Suecica, ut & Anglo Saxonica, cuius rami latent, tum in Frisona, tum etiam in hodierna lingua Britannica. In Hispanica ex connubio cum Gothis Germanica femina quaedam superesse, nullus ambigo, quod & de Polonica asseri potest, maxime quia Polonicae Magdeburgico aliquando iustitia administrata est, sed quis ad haec omnia curas fastidiet? mihi hic terminus esto.

Cum Latina eodem fere modo quo cum Germanica se res habet, ut puriores Latinitatis habitum indeptus, medii aevi monumenta Latina vix ac ne vix quidem capere queat, sed in earum explicatione, velut in alienum delatus orbem cespitet, adeoque alia

adhuc Latina lingua imbuendus sit. Est haec decantata illa Latino-Barbara, Germanicae, Gallicae veteris, Solaniae, & nescio cuius demum impuro concubitu foedata, qua omnes Latinae Scripturae usq; ad Seculum sexte XVI. constant. Eius vt maximus vsus, ita haud perfunctorie addiscenda, caute tamen, ne Romanae quam vocant eius aevi Scriptores, operam dando, Romanam amittamus. Consulendi Vossius de vitiis Sermonis Latini, Lindenbrogii Glossarium, Helmanni atq; alia Britannico-Latina Glossaria, & quod reliquis omnibus eorum praecipit, Luydii primum in Gallia, postea in Germania binis vicibus excusum Glossarium Caroli dū CRESCE Domini dū CIↃ.IↃC. Eo si quis nuda Etymologica tradi credit egregie faliter, Thesaurus est, reconditae Eruditionis apparatum quod res medii aevi attinet offerens, quod vtinam nova Editione qualem Galei nuper, IV. Voluminibus in folio, auctiorem se daturum promisere, ea qua coeptum diligentia & Eruditione ad calcem perducatur. Praeter Glossaria Latina nec nullus in hac barbarie vsus erit vetustissimorum Gallicorum Lexicographorum, verba nimirum huius modi plurima, tum vsu adhuc obtinentia, postmodum vero desuetudine inumbrata exhibentium.

7. At nec sic quidem Grammatica missionem sibi dat, nisi legendi peritia polleas, denuo & Germanicarum & Latinarum litterarum elementa ad manus tibi esse debent, ut plane reddaris Alphabetarius. Scilicet vetustatis illae tabulae, quae à Germano Latinè docto non intelligi, nec legi etiam possunt; scribendi ratione ipsarum linguarum rubigine infecta, ut fere si has cum prioribus Latinis lingua florente usitatis conferas, vnius eiusdemq; Sermonis Alphabetum esse vtrumq;

11

vix tibi persuaderi patiaris. Ea nemum re putanti mihi, non vapulandus videtur Monachus ille, qui Bibliothecae Argentinensis Codici litteris (quod aiunt) aureae aetatis se effereuti inscriptisse fertur: Psalterium Lingua Armenica conscriptum, errorem enim huno vitare non fuit in hominis potestate. Haec itaq; horrida Scriptura, mutationi aut in melius aut in peius singulorum seculorum aut temporis artificiosum habitum secuta, huius litteraturae cultori explorandum est, ut Diplomata, ut Leges, ut religua Antiquitatis fragmenta interpretari queat, in quibus & Scientiae nostrae axis, & nonnunquam gravissimorum negotiorum cardo vertitur. Expectamus hic Palaeographiam, qualis in Graecis Montfaucouii est, per singula Secula & litteraturam compendiorum scribendi mutationes deductam, sed forte expectabimus. Dominus de Ludewig (quem latius Hallensis aliquando in Introductione ad rem Numariam aevi Medii ed. 1709. huiusmodi operis spem equidem fecit, nec mihi vllum haeret dubium, eum tanto operi futurum parem, at graves Viri anni, concatenatiq; labores, optare tale quid, sperare non permittunt. Sacra itaq; Lucubratio anchora sunt, qui de re Diplomatica nobis aliquid dederunt, inter quos primum sane locum tenet Mabillonii insigne opus de Re Diplomatica, Parisiis superiore Seculo fol. vulgatum, & cum Supplemento quod 1704. lucem primam viderat, 1709 recusum, ita tamen, ut priorem Editionem posteriori longe praeferant. Habes Lucernam quam sequaris, variis Diplomatum iconibus aeri incisis de cuiusq; Seculi scribendi ratione certiorem reddentem, & praeterea de tota re Diplomatica ea afferentem, quae remo alius. Dolemq itaq; cum laborem Germa

Chiflet Tornacus
Ludewig Progr. Tom. I. Num.
Reliquiarum
scriptorum
Sylloge
de Italicis
Nunningius & Ecard.
do.
Eccardo & Schannato.
Mozzen & Meyero.
Controversia Stabulensis & Stabulensis
Mundanensis.
Hahnius circa Re.
Historia.
Ludewig.
Historiq.

se non vestigisse, cum Mabillonius Gallus
nostram rem fere nullam curam habue
rit, dolemus etiam raritatem & caritatem
tam illustris operis, ergo avidius exspe-
ctamus ab eruditis Germanis, nuper pro-
missa, de quibus postmodum. Haec ita pri-
dem Raymundus Duellius, ~~in acta fati à pau-~~
~~ci alicui eruditi electos~~, Excerptis suis
Historico-Genealogicis f. modum scribendi
plerorumq; Seculorum praefixit, quod utut co-
piosius alij, Henricenius in opere de Syllis
egerit, brevior tamen est, quam ut inde quis
solidè proficere queat. Dum haec scribo sub
praelo sudat Dn. J. F. Schannat de Histo-
ria Germanica optimè meriti Opus, cui Hir-
sefeldensis titulum inscripsit. Hinc
operi Pl. Reverend. auctor inseri curavit in-
tegros Diplomatum ad vivum exceptos typos,
qui haud dubiè Orthographiam ævi Medii
haud parum vivabunt. Haec autem omnia,
utut eximia sint, latitudinem Orthographiae
medii aevi non exhauriunt, nec huic malo
medela vel ex Wyringo prospici potest, nisi
Deus quod aiunt aliquis ex machina me-
dium se inter nos inferat.

Etymologia & orthographia inter alia sub-
sidia praeprimis indiget Ars Critica, qua quam-
vis nulla Jurisprudentiae pars, minime omnium
tamen nostra carere potest. Absolvitur illa
prudentia dextre interpretandi omnis aevi huc
facientia monumenta, sive illa Leges, sive Diplo
mata, sive Scripturae privatae aut libri sint.
Supplet lacunas, verum auctoris sensum enitit,
quae subtestae sunt fidei à veris discernit, do-
minis quandoq; demum id fit, modo ignotis
sua restituit, aetatem cuiusq; monumenti rispa-
tur, plurium Exemplorum variis scripti au-
thenticorum & non corruptorum diligenter
pendit, interpolationes ab originariis discernit,

Dn. v. Gerningi ab Eccard, & Leibnitio cuius Specimen vidimus,

Haec pgrum lucri boni stu-
diam venerabitur ea con-
gratulatio, cujus serra nunc
reciprocatur, inter b. Georg.
ab Eccard & Jo. Friderici
Schannat, ubi res Diploma-
tica curatius tractabitur.

deprauata corrigendo sanat,

si versio fortassis in alia lingua concepti exemplis locum substituta, eius facti indicium faciat; ipso autem authentico exemplo ex ostendi differre illud aut non differre, eiusdem aut non longe remoti aevi esse, & denique transferentem auctoris mentem assentum vel non assentum esse indicabit, hunc quoq; ipsum si inde jam potest; & ne percenseando plura simus, omnia illa administrat, quae corticem Scriptorum & quaestiones de vero eorum sensu, non vero de rebus ipsis concernunt. Superi hic alianum disciplinarum cognitionem, quivis etiam ne tacente intelligit reliqua seria & subacto iudicio reposita sunt, quae omnia passim infra prolixius explanabo.

Principem huius capitis locum tenere debebat Religio, verum nec hic ea indignus est: pietatem, cum Rachelio, aliisq; eius Comites virtutes commendent, ut cuiuis, ita & Juris nostri studioso, alii, nobis sola Religio curae est. Imbutus sit requirimus huic animum conveniens solida sapientiae quam ore profitetur Religionis scientia; cum enim dissidentium in Imperio de religione compositio, cum Interpretatio Pacis Religiosae & Westphalicae, cum adversus eas commissorum aberrationis, aliaq; huius loci satis multa negotia Comitialia aliquando Notitiae Reipublicae nostrae deditam exercere queant, nemo hoc vocabit in dubium. Exempla huius rei in manibus vobis sunt, quotusquisq; ignorat gravissimas de reby id genus in Comitiis Consultationes? atq; ut uno Exemplo forte pauca retracto contenti simus, possideo tractatum cui titulus: Abrede darin jungst zu Regenspurg von Geistlichen und Weltlichen Churfürsten gegen einander privatim Zusammenkunfften gepflogen, die Vergleichung derer Religions Streitigkeiten betreffende. 1631. 4. Allegenda alienarum religionum cognitio. Legimus Imperii Leges in eos quos haereticos vocant anim-

advertere, eis supplicia, exilium & alia dictari, causas huius rei gravissimas reddi: Videndum itaq; num eaedem tam diranum animadversionum rationes adhuc sint, an vero cessarint causa, ceteris paribus, & ipsae leges desierint. Ne forte minus intelligar, Anabaptistas intelligo: Hi Luthero hac aura fruente Magistratuum deturbationes, caedes incendia multaq; potius maleficia quam religionem execrabant, indigni hominum societate atq; gravissima meriti tormenta: eorum posteri hos mores exuerunt, quod & eorum fidei Confessiones, & vel solus P. Arnoldus docere apti suat, sorret itaq; Christianum hominem vix decens iudicium hos iisdem subiacere supplicijs, quod tamen huius mutationis ignari accidere possent, quibus ita se habentibus veritas assertis nostris lucem sua radiat. Praecipue vero commendanda doctrina de Tolerantia Christiana, de qua vix melius differi posse, atq; id à Lockio, Bretkling & Thomasio factum omnino certum. Advertendum quae eis Seculis quibus Leges latae de ea Sententia fuerint, quibusve auctoribus eae tribuendae; atq; postmodum caute calcules subducendus, num ea, quam vulgo perhibent eis Sententia sit, atq; si sit, nec mutatis in melius de tolerantia rationibus, iis aut ab una aut ab altera parte standum sit, cum ea quae Jus Naturae & sana ratio praecipiunt, in earum renem numero sint, de quibus per pacta & conventiones statui requit: operta quoq; danda sedulo, ne his sanae rationis dictaminibus denuo contraeatur.

Nec inter caetera Praecognita, Juris Civilis doctrina negligenda, verum potius tam Civile Romanorum Jus, quam etiam illud quo ex Romanorum Germanorumq; Legibus ac moribus consarcinato hodiernum vtimur serio excolendum, quibus etiam addendum opinor Romanorum Jus Publicum. Possit

Swift Dans ses Pensées libres sur la religion,

equidem nonnemo sibi persuadere, me haec atq; talia docentem in ea esse haeresi, qua Politica, Respublicum Universale Romanum & Privatum tam Romanum quam Germanicum infaustis auibus ramulis suis hinc inde congestis vnum corpus constituunt, quod Jus Publicum vocare huius Syncretismi Architectis in more positum est. At quam nullum mihi cum his commercium sit & antecedentia & sequentia docebunt, imo videntur mihi imitari velle illi Chaos Ovidianum ubi:

nulli sua forma manebat,
Obstabatq; alius alii: quia corpore in vno
Frigida pugnabant calidis, humentia siccis
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.

Id potius volo, ut quis, Romani juris tam Publici quam Privati, ut & Privati Juris Germanici solide doctus, diram hanc Lernaeam pugnem secare, sectam in membra redigere & quaeq; suis locis disponere discat, simul vero ea hinc ableget, quae Juris nostri hominibus officitur, tantum abest ut in eo proficiatur. In hanc sententiam differentem, quia credat Jus Publicum Romanum signare primarii, cuius cicatrices tam altae haerent in Juris nostri disciplina, ut ne quidem maximam partem à sordibus purgata nostra haec aetas penitus eluere potuerint. Cuius nostrum non novit eum Doctrinam nostrum stilum, quo olim, (utinam non aliquando hodie!) Superioritas Territorialis, meri Imperii aut Jurisdictionis nominibus venit? quo omnem potestatem Imperatoris ex antiquis illis legibus (Dii boni quo fonte!) petitum iverunt Principes, Comites, religiosi in praetorum & Magistratuum religiosorum ordinem redigendo, eos tantum non legibus civilibus subduxerunt. Quam misere hoc à Jurisconsultis non ex plebe tantum sed Illustribus etiam Judicatum sit, vel ex Jasii & Spigelii Lucubrationibus nostrarum non imperitorum Scriptis

a Doctorum nostrorum antiquum Jus Romanum etiam in Publicis negotiis abstendium loquelam callent, necnon

intelligi potent, ne nunc eos quibus maior Juris Civilis cura fuit adire te inbeam. Vt tamen in rem praesentem veniam, atq. deplorandas fere digladiationes circa dignitatem, tuteliae dationem, merum Imperium, jus legum ferendarum, & sexcenta id genus alia propius intueamur, à quibus nec Carpzovius, nec multò recentiorum manus abstinere potuerunt, adi B. Hertium in erudita de Superioritate Territoriali Dissertatione, (a) Praeter ea quae hactenus allata sunt, ex Jure Privato Romano nonnulla, plurima vero ex Jure Privato Germanico in jus quod vocant Publicum inepserunt, auctoribus omnia fere quae tam quoad Processum, quam etiam quod ad Ordines civium & plurima huius farinae alia, ad jus nostrum, quasi ad Aram communem referentibus. In his, perperam Jurinostro adscriptis, ex eo ad propias sedes remittendis, hoc & elapso seculo eruditorum nostrorum cura pro captu laboratum fuit, alius caute agendum atq. illud nonnullorum: vix, sicca: minime probandum esse censentibus, alius vero hisce omnibus in Notitia Reipublicae nostrae Juridico-Historica ne vestillum quidem relinquentibus.

(a) Hertii de praecipuis Principum Imperii ex abusu Juris Justiniani Dissertatio de superioritate territoriali c. 1. p. 187. 191. 256. 258. 283.

(b) Jur. Publ. L. 1. c. 12. §. 5.

Inter priores aliquando nomina sua etiam professi sunt, Samuel Rachelius & Illustris Jo. Georgius de Kulpis. Quorum ille: Alter hic Jus Publicum profesus, ad eius contextum omnino necessarium fuisse, ne Juris Civilis allegationibus penitus superfederet, (b) sibi persuaserat: ille vero in otio suo Norimbergensi (c) prolixe id egit, ut Juris Justinianei tam Publici quam Privati usum aliquem hoc esse evictum daret. Multa sane congessit Rachelius, verum id tantum effectum dedit, ut eius cognitionem Juris nostri cultori vtilem, Rachelium vero vulgaribus praeiudiciis, actiones & Processum quoad causas Publicas ex Juris Romani placitis accersendum,

praeter Samuelem Strykium (a)

(a) Vid. Modern. Diss. Praelim. §. 39. Sqq.

(b) de studio J. Publ. recte tr. stit. p. 80.

(c) cap. XVI. p. 177. Sqq.

atq; ad Jus Publicum referendum, feuda ve
to (quae vocant) Imperii ex Longobardo
rum praecipuè Legibus metuenda esse, in
mersum fuisse credamus. Censet equidem ipse
quam parcissimè Jure Romano in causis Im
perii publicis utendum esse; verum nobis
omnino satius videtur, tam Juri Publico Ro
mano, quam Privato in genere, vetus illud
HABE SIBI RES SUAS: ocenseo, atq; illud à
Jure Publico omnino removere. Est hoc Ro
ma Jus Publicum Universale, quod ut nulla
alia quam regimen & subjectionem attinen
tia sibe suo concludit, ita quoq; licebit dica
mus, Jure Publico quod volant Germanico
quod scilicet Germanis addendo aliqua aut
detrahendo Juri communi (ut tamen utroq; es
sentiae eius nullam vim inferent) accedens
pinibus, nec talia quae essentiae eius non
congruent & nihil ex Jure privato scilicet ne expedit
omnino indiget, comminisci. Scilicet ne expedire
nos nesciamus, sciendum est, Summum Impe
rium in Rebúspublicis Germaniae Speciali
bus tenentes alia agere Jure Summi Im
perii, alia vero ut privatos aut subditos:
Cum Supremae Reipublicae parent, nonnul
la per se agendo aut judiciis stando, dum
pariter ac reliqui homines parentum, mante
num, contrahendum &c. negotias gestio
nent, privato sunt ut tamen respectu
Majestatis crebrò nonnulla hinc migret
Titius jam dicta ita effert: Leges Publicas
subditos constituendos & Imperantes tam con
stituendos quam constitutos, sed qua tales
respicere, privatas vero, quae subditos consti
tutos, ut & Imperantes juxta conditionem pri
vatam, quam scilicet cum hominibus privatis
habent communem, spectatam concernere. De
sicio an haec Titii omnia exhauriant, & ut
ut id mihi non videatur, tamen ex iis col
ligere licebit, nec Processum nec alia quae
nos supra huc non retulimus, juxta

Suadentibus

Haec non id cum B. Rhetio ex
istimandum, quasi casus
gibus Imperii & competentiis
non petiti ex Jure Roma
no ipso quia communia
rit decidendi essent, nec
recte cum alma Patria no
stra ageretur, si ei aequita
tem omnem praeter ex Ju
re Romano haustam cum
B. auctore abrogaremus, ut
inde Romani Juris vetus
demonstretur. Proem. Jur.
Feud. §. 90. Sqq. Titius loco
Romanae celebritatis,
in Catal. scriptorum B. Lyn
ker promittens. Vigor Juris
Romani inter tum Publici
Romani Imperii p. 22. ubi osten
dere hodiernum ex Jure civili
auctoritate legali causas pro
bluy contrarium quem tamen iam voluit
Historiae Decisionum Palatinarum
Tabulis ad Jus Caesareum p. 7. Sqq.

aequitas naturalis & gentium est

Lex constituens

praeter domestica externa ex scientiis cognata

& huiusmodi actiones ad Jus privatum

d) Speim. l. 1.
2. Gem. l. 1.
c. 1. §. 44. Sqq.
p. 19. Sqq.

c. 2.

de Statuum Imp. conditio
ne privata Griebneri
Prolimina. Vid. etiam
Hofmann ad Bayer
Thm. Diss. p. 12. Sq.

cum huius loci esse, reliqua vero quaeris tradere non vacat. Supplebit usus.

2. Stat itaq; commendare Jus Romanum tam publicum quam privatum, ut & privatum hodiernum Germaniam, quae hoc in loco sequenda, quae fugienda utilitates utriusq; Juris curatius intelligantur. Non exigo, ut abstrusorum horum aut operosa antiquorum lectione, aut corporis Juris Romani evolutione, aut denique longo usu addiscas, Methodo qua utaris opus est, absq; Methodo si sit, aut frustra eris, aut longe series quas destinaveras pervenies; reliquis, si vacat, harentis principiis pro libitu immorabere. Lis itaq; quid velim, Jus volo in artis formam redactum, quale Jus Publicum Romanum nobis reliquit Scipio Gentilis ed. Altdorffi 1662. 8. Ad Jus Publicum Romanum quod spectant Scriptores, quos hoc anno Lemgoviae junctim editos videbimus. Si singulis Juris Publici Romani partibus intendere vacat, Thesauri loco tibi erit Thesaurus Graevianus, superiore seculo in Belgio excusus. Jus privatum Romanum, si nihil ultra requiris, optime mihi videntur digessisse, tum Hermannus Vultejus in Jurisprudentia, cuius optimam editionem Winckelmannus 1652. 8. Hanoviae curavit, tum etiam Johannes Althusius Dicaeologicae Libris VII. Francofurti 1649. 4. Jurisprudentiae titulo antiquato eundem librum auctiorem procudens. Ad Jus hodiernum ut nos propius tangens eodem promoventibus, offert se Philippi Ludovici Authaei civilis rei Breviarium Juris Francofurti 1670. 12. excusum, at nimis breve. Satis apte ac Methodice conscriptum videtur Jo. Paul. Kress Specimen Jurisprudentiae privatae sive Civilis ex omni Jure quo in Imperio in causis decidendis utimur delibatum, nova Editione auctum Lipsiae & Helmstadii 1726. 8. cum quo certe

§. XIII.

Cum autem Carolus V. ad Imperium eveheretur, Capitulationes ortae sunt, quae ita Imperatoris iura circumciderunt, ut nihil supra, pendebat enim fere ab Electorum arbitrio, quid Juris Imperator electo competere deberet, nec ne, conservarunt hunc morem & insequentibus Electionibus neglectum sarent. Auidittet fere tunc revolutio, cum Carolo Bobe.

stantiam victor Monarchiam affectaret, veneno huic cogitationi bello Schmalcaldico Saxonis discussa sunt. Ferdinandus I. mediocrem statum cum conniventibus Statibus Imperii renovavit, magis Imperatoriae dignitati, futuris adjecit. Maximilianus II. Rodolphus, Matthias, nihil magnum in Imperio moverunt. Ferdinandus II. malis artibus depressis Protestantibus ad Monarchiam omnia vi conabatur, Comitia fere nunquam Electorum conventu frequentata subsistebat, ubi semper cujus pars pluralitate votorum vincebat. Sed intervenit bellum Suecicum, quod cum fere per viginti annos continuos durasset, Pax Westphalica Statuum jura stabilivit, novisque adjectionibus ornavit, id agentibus Suecis atque Gallis, ut Caesarea potestas magis magisque deminueretur.

§. XIV.

Per eam pacem in eum statum res Germanica devenit, ut Imperatoris nullum fere in terris Statuum amplius jus esset, coepere & sibi vigilare principes Electores, qui pleno gradu ad Monarchiam contendebant de gradu de-

iecerent, magnaq; vtrq; huc ve
ra sua stabilirent, vt no
stris temporibus Germania sy
stema plurimum civitatum sit,
nullaq; fere Capitulatio praes
tabitur, quæ non Statu, ni al
quam Jurium aliis Caesareo
Electoralium communionem
admittat. Nec adeo facile erit,
ni maximæ revolutiones præ
cedant, Imperatori, Monarchi
am stabilire, vereor tamen
vt hoc Germaniæ faciem
vem duret, cum ne minimo
quidem hosti fere par sit, ne
trag; se invicem vbiq; habeant.

CAPUT QUARTUM
De finibus & subditis Imperii Germanici.

§. 1.

Germaniæ (a) fines antiquissimis
temporibus, versus Gallias
Rhenus erat, quem etiam con
stantissime servavit, versus
meridiem Danubio terminabatur,
Septentrionale latus mare cin
gebat, versus Orientem Vistu
la ei terminum dabat, ita vt
vtrinq; fere fluvii eam ambi
rent munirentq;. Sequioribus
temporibus, Germani propulsi,

(a) Monent aliqui distinguendum esse in
ter fines Imperii & Germaniae sed e
go quid discriminis sit non video

vicinas. Gallias atq; Italiam subiugarent, penetrarunt hi in Hispaniam, Britanniam Africamq;, ibidem regna constituentes, domesticarum interea rerum adeo imcuriosi, ut Veredis qui antea vicinam Sarmatiam vltra Vistulam coluerant, vacuas habitatoribus terras occupandi ansa praeberetur, cum quibus postea Germanorum populis continua bella gesere occuparant autem omnem tractum a Vistula vsq; ad Viadrum & Salam, fluvios, omneq; septentrionale litus vsq; ad Transalbianam Saxoniam, veterem virtute Caroli M. maximam partem subacti, & a successoribus ita stabiti sunt.

§. II.

Hac Carolingicis temporibus Germaniae, dum vt tum etiam vocabatur, Franciae Orientalis termini hi erant, versus Orientem, Rabus, Sala, Albis & Trera fluvii; reliqua enim vsq; ad Vistulam Veredi tenebant, Muri initium Hunnos a Baioariis dividebat, versus

Baioarii vltra Danubium deye
bant, Occidentalis limes idem
qui fuerat mansit, versus
Septentriones Egidoza termi
num constituebat. Verum Ca
rolus M. primo Hunnos & A
vares, ultra Arabonem fl. sub
egit, ex quibus colonias Baioarior.
quo in officio continerentur de
duxit, Deinde a Bohemis & a
lemineis Solauis subactis, A
botritisq; amicis sibi reddi
tis, Sorabos debellavit, Danorum
conatibus remoratus Wilzis sub
iectis iniecit, Dalmatiae etiam
& Belgradi aliquando Do mi
nus fuit, integram autem Lon
gobardiam cum Romandiola
armis acquisiuit, Germaniae
perpetuo iunxit, Ludovicus
Pius Carinthiam Italiae de
tractam Germaniae adiecit, di
uisoq; inter filios regno, Germa
niae quidem Italia decessit,
religiosa autem illa sancta re
ctaq; conseruauit, post Caroli
Clui obitum integra Lotha
ringia aucta. Arnolphus et
iam Nakarenses Solauos ty
ranos debellantes, ope Hunnorum
domuit, ipsumq; Galliae regnum

sibi tributarium reddidit

§. III.

Hanes longius progressi sunt Conrado enim etiam non erat dominis colla submisit Lotharingus, si Sclaeos armis subegere eorum, Henricus enim II. Bohemos penitus subegit Germaniae data Polonia non semel imperata fecere, sub Henrico II. Hungaria etiam accessit, quamvis hic aliqua Hungariae Siebenbürgen loca sibi in dotem concessa dono Hungariae adiecerit, haec tamen aliis incrementis illico compensata sunt. Et quiescunt et reliquam Italiae partem Graecis paruerat, et puliam videlicet Calabriamque, quam eis non sine multis laboribus ac sudoribus, haud etiam parere eis labore constitit re belles Italos in fide conservare, quos tamen sibi mansuetos expugnarent.

§. IV.

Promouerunt horum institutis maiestatis iura, progressi sunt in Pontificum furore, constituisset vltores, attamen Slavos nigrum interdum mordentes compescuere Henricus II.

Bohemiam miseris modis affli
xit, tributariam reddidit. Pol
ni etiam libertatem spira
bant, sed ne tantillum quidem
libertatis ante ademptae obti
nuerunt, Vgia etiam Scutoni
ca arma sensit, ipse Rex Im
peratori nostro Romanorum,
praestitit beneficio eius restitu
tus. Dano per pactum Conradi
V. Slesuicum cessit, nescio tamen
an feb feudali regni iure,
verum in Italia haud leve vi
nus Imperium accepit, Pontifi
ce aliquas circa Romam ter
ras invadente, atq; Norman
nis qui eb terras illas antea
rent expulsi erant, Apuliam
Calabriam ac Siciliam sibi vin
dicantibus. §. V.

Eab Imperio Guevorum Sola
vorum gens religuum erat do
mitum est, virtute Stephani Le
nis alvorum. Principum acce
sit Kiam Principes magnus Po
lonii I. alteri Burgundiae
pars ut & Henrico Rhamperan
te Apulia Sicilia ac Calabria

quamvis Pontifex regnum Siciliae praetenderet, subjectionis etiam Danici regni subsidium II. & Fridericus I. evidentia sunt indicia, qui etiam Imperii jura in Poloniam hactenus defendit, de Ungria eadem affirmamus, Angliae idem dominium regni Germaniae hactenus comiter reverenti suum parem a subditis distantes, vanos Pressius ad obsequium redactos, & hac tenus patrimonium Imperii Germanici averterent, quamvis parem hucusque regnum recognoscerent.

§. VI.

Interregnum in finibus nihil mutavit, evasere tamen tum Ungri & Poloni parum alibique reverentes Imperium in plenam libertatem, dum enim iam antea se libenter existimabant amissae sunt & Provinciae et paeliae Calabriae ac Siciliae Respublicae Italiae ac Principes amplius sibi vindicant Spiritus servus Servorum Pontifex praebat occasionem, pro habitu

iam, fere omnia vel Imperii pe-
petuis Vicariis, soly suo subdi-
curabat, unde Herbarium legis.
Rodolphus I. Pontifici Roman
olim, urbibus Italiae plenam
libertatem concessit. Progressus
mandata detrectantes, Spiritus
remittere coepit. Italiam vero pla-
ne deseruit, quae nec Albertum
admodum occupatum habuit
quod tamen ki respexerant fe-
cit Henricus VII. miles maxime stre-
nuus, qui urbes Principesq. Itali
ae ad obsequium compulit, nec
sibi defuit Ludovicus IV. qui
tamen multis largitionibus in
itineribus versq. Romam perdi
dit magnificus ac prodigus alio
qui rex tamen Imperium modera
te. Rex Angliae se clientem ac
subditum homagium praestans
professq. est.

§. VII.

Carolus IV. Bohemus Avelatem
se regnum Galliis sub feudali
tamen regni obtinendum con
cessit, quamvis postea ki eum
parum recognouerint; confir-
mavit eandem donationem fi
lius eius Sigismundus Imperia
tor, quo vi opinor contra Ju-

eas auxilia adipiscerer, Italiam autem fede neglexit, quod & libertates eius Wenceslaus Italis privilegia contra beneplacitum omnium Imperii concedendo, Fiteres Venetos non modo se immunes ab omni nexu Imperii esse credebant, sed & plures urbes in terra firma sibi confines in vasserat, quas Sigismundus Imperator eis eripere voluit, sed parum profecit, nam nec ante eum Ruperto Palatino fuerat, quamvis bis illud tentarit, sequentibus Italiæ pacificatis, imo sub Sphendico III pars etiam Prussiæ cessit ad Polonos.

§. VIII.

Maximilianus I. Venetos eo compulit, ut subiectionem profiterentur, verum cum pecuniis quidem quod speraverant obtinuerunt nec illa dicta agnoscere voluerunt, imo & illa quæ veteris Imperio debita, Maximilianus emiserat ad eos revocata sunt, renovavit tamen Ludovicus Sforza Mediolanensis nexum cum Imperio diu iam intermortuum. Si tantum pecuniarum copiarum, quas

tam animi habuisset, vindicaret, sed sane omnia quae Imperium ante eius aetatem amiserat. Carolo V. regnante felix quae pacis Pristinae cum Lusitania Polonis quaesita est, reconciliatio nec tamen plurimum agentibus Germanis. Etiam Metensis urbs cum Gallo ac Verdunensi Gallis obvenit cuius possessio per pacem Westphalicam confirmata est. Crebriores Burgundiones tam Germaniae additus, numerum circulorum auxit, pomam Eridos, quod Germanos omnibus Hispanorum cum Gallis bellis involvit.

§. IX.

De subiectione Italiae tunc temporis multa quidem, superabant paucis fundata Italiae quae hodie maximam partem Imperii splendorem recognoscunt, multarum vero provinciarum conditio minime selecta est, quod maximas turbas dedit, dat, dabit. Usque ad aevum Ferdinandi II. Imperatoris nihil turbatum quam quod Belgarum vitae provinciae a recognitione Imperii vel quasi liberati fuerint.

In Pristi illo Germaniae bello Gallo Alsatiam nacto mordicus tenuit, per pacem retinuit, tenebat etiam tum Brisacum cum Philippiburgo mediante eadem pace. Grecis cessere quaedam regiones quae tamen cum feudali regni obligatae sint Imperio nihil de minuerunt. Placuisset eadem conditio Gallis, nisi Imperii inter Status Imperii Gallum recipere cordi non fuisset.

Leopoldus Philippiburgum cum Brysaco recuperavit, verum Argentoratum cum decem vrbis Alsatiae civitatibus Galli rapacibus manibus haesit. Idem Carolo VI. imperante Landavium rapuit, atq; in pace retinuit. Burgundiam etiam provinciarem haud modicam portionem deglutivit, Superioris Burgundiae eadem conditio fuit, quae tamen ipsos Germanos parum turbarunt, qui rerum suarum adeo memores fuere, vt cum opportuna occasio Germaniae foederatae Belgae conniventes se obtulisset, illam

planè neglexerint.

§. XI.

Solent hîc loci anxiè disgrine
re de terris Imperij subtractis
recuperandis verum gratis hac
solicitudine tanquàm ver eum
recuperatio provinciarum se
mel amissarum manente hoc
Imperii statu potius optanda
quam speranda sit. Sic tamen
aliquid vt mori serviamus di
cendum, certè asserendum omnia
illa quae Imperio iniuste sub
tracta, nec legitimè ad alios
translata sunt, ad eum qui
sem pertinere. Sic omnes Pon
tificis Romae, sic Dominium dic
tum in Calabriam, Apuliam,
Neapolim ac Siciliam, sic idem
in omnes alias Provincias Ita
liae, ipsamq; Venetiarum urbem
(si dicere fas est) possimus,
neq; enim hi legitimè praesi
derent (si vnquam praesi
dio inter gentes valet) cum
Imperium semper reclama
rent. Belgas Helvetiosq;
liberos agnoscimus nec quic
quam iuris praeter Dominij
dem directum superest in eis
quas Belgicas Provincias ac re

gnum Arelatense. Lotharingiæ rerum Imperii erit manebit verum Poloniam, Daniam, Angliam, Hispaniam, qui sub Carolo tentelam hodierne profest me applaudente fiunt, mihi alia maioris ponderis agenda restare Prussia si vaquam Germaniæ fuit, amissa est, atq; per plenae Maiestatis relognitiones à Germanis factis liberè declarata.

§. XII.

Jam vero grauis quæstio nèdit, quid si quando Sacens Germaniæ quid decreuit agendum rum Dominium. Imperatoris fit vere Imperij esse debeat. fateor hac dissertione nos supersedere posse, sed tamen libet videre quid Germanis hic casus fortasse extiturus sit, quam placuerit. Scilicet Maximilianus prius felicis recordationis 1504. promisit illa omnia Imperio acquisita esse debere, Ego credo hodie aliter res se habere, verum si Imperator propriis sumtibus dominium haberet veterum, quid dicendum sit, plane nescio. Tantum

(a) vid. Mulleri Reichstheat. p. 691. 692. Landfried. 1495. & vide mea Jam gemeinen Ahndung &c. Capitul. Ferd. III. §. 35. Item Ord. Reformatio Polizey p. a. 1500. p. m. 33.

§. XIII.

Quicquid huius rei sit, saepius in Comitiis de ea consultatum esse legimus, iam à temporibus Maximiliani I. & ultra, vide huc. Nulla tamen obstare videntur quominus aliquid Imperii Maiestate dignum effici queant, nec enim definitum est à quo gentium bellum, quis pacem praebere debeat nec etiam de facto satis constat quamvis non plane in omnibus ut iam demonstratum, at tamen in multis, hinc factum ut Imperatoribus in Capitulationibus inmunitum fuerit, ut de recuperandis rebus Imperio exactis cogitarent, quod cum quilibet videat, textum pertinere ad illos, quae iniusto titulo ab aliis possidentur, aut obveniente commodo, casu recuperari possunt, ne hic quidem aliquid effici potuit (b) Lansae satis notae docuit hoc cum Boeclero l. c. p. 49. referre 1) Aemulationem vicinorum Regum exterorum qui Aequilibrium Europae tueri velle videntur 2) Diffidentiam

(b) Boeclerus N. I. L. II. c. 4. ubi multas consultationes allegat

ac discordia ordinem tam inter se quam erga Imperatorem & Imperatam Caesaream auctoritatem, ex quibus quid boni proveniat potest? Forsan adolescentem potens Conditionem terrarum recuperandarum, cum enim illae in pristinum Statum restituendae forent, potiri negligunter 5) Oppositum Imperatorum regnantium sententiam, observarent enim Viri Rand imperiti rerum Publicarum et ut eos de bonis Imperii parum cogitasse, ne eius patrimonium avulso sibi fastigium relinqueret dum sit. Satius itaq; meo iudicio erit de conservandis quam dilatandis recuperandis se finibus hoc Imperii Statu manente disserere, cum nec arma, nec opes, nec concordia nec voluntas recuperandi omnibus sit, quamvis enim multum temporis consultando perdiderint, etiam in Pace Westphalica Rand curam sibi mandaverint, novimus tamen eandem quae ante fuit rerum faciem mansisse.

NOTITIAE IMPERII GERMANICI
LIBER PRIMUS

DE LEGIBUS IMPERII FUNDAMENTALIBUS

315
Pf. 1725. 22. Januar-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

de fontibus Juris Publici Schelter. Inst. Jur. Publ. T. I. pt. 6. sq. an causae Publicae in singulis Provinciis se offerentes, juxta Jura Imperii communia an vero particularia cujusq; provinciae decidendae sint? J. P. Schilt. p. 26. sq. Exemplo Juris devolutionis in Brabantia. Schultes intellexit hanc quaestionem de finibus cujuslibet provinciae privati. Buck Obs. T. I. n. 20-21 de Legibus fundamentalibus.

LIBRI PRIMI
CAPUT PRIMUM
de
Legibus Imperii in genere

§. I.

Lex fundamentalis est Lex, de Imperio & eius partibus lata, eum in modum, ut etiam ipsum Summum Principem stringat. Nunquam aut tem Reges Germaniae planè Legibus soluti fuere, sed potius semper secundum Leges Rempublicam regere coacti fuerunt, testatur illud iam Tacitus suo tempore sic obtinuisse, idem loquitur Francica ac sequioris aevi Historia, et quamvis in aliis regnis saeculi temporis Regibus ansa se obtulerit potestatem suam augendi, legem fraenum exercendi, serus tamen in Germania accidit ubi per singula saecula arctior modus constringendi Reges exercitatus est, donec in eum Statum qui nunc est, res devenit.

§. II.

Notant vero nunc Leges Imperii abusive omnia quae in Comitiis fiunt, comprehendit etiam vulgo legum Publicarum vocabulum Leges privatas in Comitiis Imperii latas, etenim Recessus ipsi quamvis et plurimum de legibus Statum publicum formantibus agant, haud raro tamen res privatum corrigunt, formant. Accurate vero loquendo Leges Publicae sunt, vel fundamentales, vel publicae in specie ita dictae quarum illae Statum

Lib. I. Cap. 1. De Le,

Reip

Reipublicae intrinsecum, haec extrinsecum afficiunt, quando nempe cum aliis de finibus aut aliarum negotiorum ergo agit. Nobis cum proximis, seu saltem negotium erit, cum de posterioribus quae Reipublicae Germaniae cum omnibus Gentibus communes sunt in foro Publico Universali agatur.

§. III.

Cum vero in aliis Rebuspublicis, Leges (quas vocant) fundamentales, initio constitutionis Reipublicae, quando civis cum Summo Imperante futuro paciscuntur fieri soleant, in Imperio Romano Germanico hoc se habet, huius enim Status cum varias mutationes passus sit necessarium est, Leges illius tantum hucusque fere, quae dum Reipublicae is qui nunc est habitus civilis fuit latae sunt, earumque sensim sensim introductum, pactionibus Imperatoris & Statuum mutuis firmatum sunt. Sunt itaq; pactiones, quibus praesens Imperii Status, vel indefinite vel definite, ab Imperatore & Statibus, in Comitiis congregatis, communi consensu, aut in totum, aut ex parte, roboratur. (b)

§. IV.

Est itaq; eadem Status & Imperatorem obligandi ratio, ut in omnibus pactis fieri solet, ubi alter contrahentium nusquam à

(b) Add. Tit. 7. 7. P. L. II. c. 1. §. 9.

Lib. 1. cap. 1. De legib.

pari Obligatione essors est, sed uterq; se neter vi simplicis pacti, quamuis quo. ad Statuem subditos Haec longe aliter obtineant, quippe quos quantum ad illos Leges Comitiales pertinent, vi Imperii stringunt. Quae omnia tamen recte tenendi atq; observari in Interpretatione recte instituenda nequibent, ni caueatur ab Imperiosis terminis ex priscq Seculo petitis quod enim alias usitauit, id certe & hi quae verba valeant sicut nemi, adeoq; illorum valor ex facie Reipublicae aestimandus veniet.

§. V.

Haec de quibus loquimur pacta, inita sunt diuersis temporibus, vel enim Capitulationes sunt, Imperatori futuro praestitae, vel Pacificationes inter dum & status turbidis temporibq; confectae, ut Pax Religiosa & Westphalica, vel tempore pacis vt quibusdam malis medentur ea, fieri necessitas postulauit, quo Aurea Bulla, & Imperii Recessus Imperii pacem spectant, aut etiam contra belli ingruentes exterorum, vel quorundam pacem Imperii turbantium consilia capta sunt quod passim in Recessibq Imperii videre est. excepto in casu Imperator ut Imperans semper ut pars, pacisceus, si Status ut corpus considerentur, se offert.

Lib. 1. cap. 1. De Legib.

Imp. Ix Gerspek

§. VI.

Interpretatio harum Legum Authentica,(a) ad Imperatorem & Status simul pertinet, quod enim ipse Imperator, "quod cum Collegio Electorali communetim sibi arrogat, reliqui Status nunquam concedent." Doctrinalis vero Interpretatio recte in Academiis fieri solet, ita ut subsidia ea necessaria adhibeantur, Legesq; à nostris temporibus remotiores si quidem earum nunc aliquis usus esse debet, ex praesenti Statu aestimentur, vel saltem illustrationis gratia adducantur, quod qui non observaverint, nunquam egregii Legum interpretis nomine digni erit(b) Prohibens etiam Leges l. c. ne quis docendo, disputando, scribendo, consulendo, Publicas Leges, uspiam impugnet, dubias faciat, aut assertiones contrarias inde ducere queat, quod olim indicat ex Obiecto solum hic videlicet ferendum esse, cum non aliunde melius de sensu constare queat, ac primi autem illud observare eis convenit, ne minisse, se non de Legibus, sed secundum Leges iudicare.

§. VII.

Sunt autem dictae Leges hae praecipue Recessus Imperii, Aurea Bulla, Pax Profana & Religiosa, Westphalica, & Capitulationes Caesareae, quibus accedit Lex non

(a) l. P. art. V. §. 50. Ordl. des Landfr. 1500. n. 1.

add. Limn. l. II. n. 103. ubi alia facta Imp. allegat.

de Interpretatione P. W. Gotofr. Hfr. Struck. p. 9. sq.

(b) Neminem sine subsidiis cognitionis Status temporum & Actorum Comitialium Recessus dicere posse explicare constat Datt. P. P. V. 7. 5.

I. I. C. I. De Legibus

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

Scripta nempe consuetudo quae observantiae Imperialis nomine vulgo venire solet, cui quamvis alii parem tribuere soleant, deinceps planum reddemus, longe aliter, ridiculum esse ferendum, nunc de singulis earum legum ordine agemus.

CAPUT II.
De Recessibus Imperii.

§. 1.

Quid Recessus Imperii in genere denotent, haud ita liquidum inter Doctores Juris Publici est, eo tamen omnia recidunt, ut primo in sensu latissimo, omnes constitutiones Imperatoris & Statuum consensu in Comitiis latas notent, si vero stricte verbum illud accipias, omnibus illis constitutionibus, quae speciali denominatione aliquea insignitae sunt, illos opponere licebit[a]. Sic aurea Bulla secundum dicta late Recessus Imperii dicitur; sic Capitulationes Caesareae, cum ab Electoribus nomine omnium, religionum statuum, quorum monita strictè attendenda sunt, electo praescribantur; sic Etiam Pax Profana, Religiosa & Westphalica, arctior exequendi modus, & Recessus Executivi Norimbergensis, ut etiam Ordinatio Cameralis, Politica, omnino eadem nominis accipient, cum omnium Statuum consensus accesserit.(b)

(a) Tit. J. P. L. II. c. 2. §. 2.

(b) Mascov. de Recess. §. 7. seq. p. 130. Boecler ad J. L. XII. c. 7.

L. 1. c. 2. de RECESSIBUS

§. II.

Barbarum esse Recessuum vocabulum, res ipsa loquitur, unde vero illud descendat, nec ipsi auctores inter se definiverunt, illi intimi animorum Recessus Imperatoris & Statuum esse, hic Recessus dictos putat exinde, quod per illos à variis dissensionibus recedatur, leviter, forsan & vere, verbi hujus originem investigarent, qui à recedendo nomen sortitos dixere, quod nemo illis morem gerere, omnes ab eorum sanctionibus recedere gestiant. Si vero Germanicum verbum Raiß Abschied consideramus, res haec definitu facilis est, scilicet cum Recessus post finitas deliberationes cum Imperator & Status ab invicem recedunt, componantur, constituantur. Cas Recessum vocabulo insignivere (a) ejusdem significatus est vox Constitutionum Imperii, Ordinationum Imperii, Recessuum Comitiorum, in Lingua vero Germanica exprimitur per Raiß Abschied, Raißtags Abschied, Raiß Ordnungen, Raiß Satzungen voces, aliae.

§. III.

Possunt vero distingui Recessus, in Universales & Particulares. Illi sunt qui in Comitiis ab Imperatore cum toto Imperio conficiuntur, hi vero sunt, Recessus Deputatorum Imperii, qui si potestas plenaria definiendi deputatis Imperii concessa est, haud secus ac

(a) Eric. Mauric. de Recess. §. 6. Schweder 7. l. part. Gen. c. 2.

(b) Hippolith. à Lap. de Rat. Stat. P. I. c. 6. Sect. 1.

L. 1. c. 2. de Recis

Libri Recessuum
alii Recessus Imperii, in plenis Comitiis con
scripti valent, alias in Comitiis confirmari
debent, aut reiici. Postea etiam Recessus
Visitatorum Cameræ, qui à Visitatoribus
quotannis conventuris componi debebant
verum cum vetera Secutam hi Conventi
cessassent, illorum admodum pauci sunt
sunt, aliquando cum aliis Constitutio-
nibus excusi, extant etiam eorum duo in
ter Recessus Imperii. (a) Tandem 1707. in
conventu Visitatorum novus reliquis
accessit, qui 1713. publicatus est.

§. IV.

Succedit altera Recessuum divisio, in Pri
marios & Secundarios. Nolunt ab Ordi-
nandis in impressis Exemplaribus aliqua
omittendi, quæ Imperator & Status Im
perii aut tum temporis, aut hanc quam
publicare nolent. Primi Exemplum extat
in Rec. Imp. de a. 1530. cui Tit. Reformation
gutter Policey Zu Augspurg, quod docet
R. I. a. 1541. §. 6. & Recessui Imperii Ra
tisponensi a. 1576. tale quid accidisse re
fert Limnæus. (c) Posteriorum classis fuit
Recessus secundarius a. 1559. qui Editioni
Moguntinæ de a. 1660. p. 655. inseritur le
gitur. Ex Goldasti (d) Legei pluret, alii Re-

(a) de anno 1501. & 1553. Maierit de Rec. §. 12.

(b)

(c) J. P. Add. T. II. ad L. IX. n. 223. etiam Pacis Westphal. Adam
Sal. L. H. p. 419.

(d) praefat. Collect. Recess. T. II.

L. 1. c. 23. de decret.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

cessus erunt Aeterni, alii Mutabiles, alii Mixti, ad primam classem secundum eius sensum spectant, cessae religionem concernentes, ad secundam, constitutiones de acquirendo rerum dominio, de contractibus & obligationibus, quae contra ebrietatem, luxuriem vestium, usuras, Monopolia sancita, de Jure Electionis in Imperio, de pactis electi Imperatoris, de Regalibus Imperii, de Pace Publica, de Jure Successionis, de Jurisdictione Statuum Imperii, de tributis & decimis, de moneta, de Teloniis, de mensuris & gradibus, & id genus aliis agunt, quae pro tempore atq; temporum mutabili ratione mutari & ipsae possunt. Tertia complectitur constitutiones quae partim aeternae existimantur, quatenus de rebus divinis praecipiunt, partim mutabiles, cum de rebus moralibus & civilibus constituunt. Verum enimvero mihi haec sic non probant, ut enim illud praetercam, respiciendum potius esse ad animum Legis ferentis, et postea declarabo, multa sunt, quae mentem meam alio trahunt.

§. V.

Primum, constitutiones Religionis causa nec ex sensu pacificentium aeternae sunt, cum servantur usq; ad futuram Reconciliationem dissentientium de se invicem Religionum (c)

(c) R. I. 1548. §. 4. R. I. 1557. §. 9.

L. 1. c. 2. de Rebus.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

quas mutabiles dicit eiusdem cum prioribus conditionis sunt, si quidem in genere ebrietatem, nimium lusum, praevaricationem &c. vitandas esse decernunt, vitia enim erunt donec homines, ad certam vero casum pertinentes ex nomine imperii posse, iubens largiori. Quae autem Iurisdictionem, Regalia Imperatoris, fines &c. attinent, tantum per accidens non ex mente constituentium mutare necesse est, quod & priori speciei accidere posset, imo accidit illum in Pace Westphalica Reformati antea Exclusi recepti fuerint. Prioribus cadentibus cadit & tertia divisio, sive totum nihil est. Utor tamen verbo ipse eadem, sed alio modo, opinor omnia ad mentem Legislatorum referenda esse, quae ex Obiecto fuit causa facili negotio patet sic Leges Fundamentales Imperii sic Leges privatae (si placuerint) aeternae erunt, constitutiones de auxiliis contra Turcas, aliaeque subitaneae quarum causa nocessat temporariae aubient, mutabiles enim omnes omnino civiles Leges sunt. Aliqui generis erunt partim ob subitaneam ac transeuntem, partim perpetuam utilitatem conditae. Licebit advere quosdam Reessus Publicam quosdam privatam utilitatem sibi proponere, quod ante monuimus.

L. 1. c. 2. De Recte -.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

§. VI.

Minimum locus monet, ut de materia Recessuum pauca ex iis quae antea diximus hic recolamus. Vt omnia in summam contrahamus. Recessus aut agunt de negotiis perpetui valoris, aut transitoriis, aut mixtis, quae vel ipsos pacisentes, adeoque Statum Publicum, vel privatos, (a) aut etiam Status Imperii quatenus ut privati considerantur, concernunt. Quae vero illa nominatim sint haud adeo definiri potest, cum semper natura novas formas edere deprehenderit, ut haud incongrue Tribonianus dixerit, multaque possint accidere, quae praeviderí nequiverunt. In Universum tamen dici potest, definire illos negotia transeuntia Statuum cum Imperatore, Statuum inter se, tranquillitatem Publicam firmare, aliaque quae totum Imperium attinent decernere, et infra uberius apparebit. De subditis vero nihil disponitur, nisi aut abusus animum invaluit, aut alio modo rem vid. §. 9. statuere difficile est. Illi quoad singulos Recessus ad propositionem Caesaream conformant, verum cum videamus, non semper usquequaque hoc fuisse observatum, vt vel ex Prov. 1653. quam habet auctor Comitiola, cum 21. 1. 1654. collata cum constare potest, ita

(a) Tit. J. P. W. 2. videlicet Schwed. Part. Gen. c. 3. §. 5.

(b) alii ex J. P. W. art. 8. §. gaudeant, & Habeantur aliquas recensent causas.

(c)

(d) Part. 3. p. 98. citante Chemnit. de Recess. §. 21.

L. 1. c. 2. de Recess-

ob Statuum Protestantium dissensum Recessꝰ
Norimb. 1543. sine vi Sleid. f. 235. sq. ne-
que ipsum in Commentarios.

non omnibus eius capitibus Statibus discedentibus fuerit satisfactum, apparet, nec hic firmiter pedem figere licere.

§. VII.

Actores horum Decretorum sunt, Imperator & Status Imperii, & hinc est quod reliqui, imo & Papistici notantibus etiam Raphaele & Reinkingio Imperiales quam Imperatoriae Leges dicantur, Reichs-Abschiede, Reichs-Schlüsse R. I. 1564. §. Haben wir &c. in f. 1567. §. aber wollen wir &c. in fin. Nondum quam tamen hoc reperire est, R. I. Spir. 1544. §. nachdem auch die Stadtlein, quoniam Recessus plenarius Imperatoris nomine publicant, aut si malis, hos potissimi Status reliquis dicens, Leo illud ipse & regiorum Imperatores dissentiunt, ipse enim Ferdinandus II. facto quamvis contrarium ausus hoc dissentiri non potuit quod ex Londorpio Hippolitho à Lapide citatis Epistolis satis constat. Leges enim Status Imperii nudum consilium dant, à quo recedere Imperatori integrum sit, verum ad ipsum Leges & actum condendae Legis conferunt, R. I. 1559 §. 38. mit der Stände Herrschen und Bewilligung R. I. 1570. §. 42. mit gemeiner der Stände Reichs

(a) de Jurisdict. L. 2. part. 1. cap. 1. membr. 2. n. 11. de R. S. & Eccl. L. II. Cl. 2. c. 5. §. 37. Chemnit. de Recess. §. 14. Hippolith. à Lap. P. I. c. 6. sect. 1.

(b) et in alia causa Cit. J. P. L. II. c. 2. §. 12. Nationem Imperatori cum eius sint potiores partes adscribit Schwend. Polit. III. 11.

(c) de Rat. Stat. P. I. c. 6. sect. 1. Londorp. Acc. L. I. c. 2. p. 3. T. IV. p. 6. Schwed. J. P. Part. Gen. c. 3. §. 4. sine omnium Statuum consensu Sleid. f. 254. b.

L. 1. c. 2. De Recess-

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

stander Rath und Zuthun alibi simmutsiyr Gutigyr Rath und Hilff, auf Begehren und anmassen (a) Reg. contrarium, probant formulae à Reinkingio in auxilium vocatae, quid enim de eis habendum sit, iam ante indicavimus. Quod etiam Statuum Jus diserte & Instrumentum Pacis Caesareo Suecicum art. 8, & Capitulatio Leopoldina §. 2. & reliquae hanc Jecurae firmarent, adeo ut hodie dubitet fere nemo. Volent tamen tam Imperator, quam Status, aliquando Vices suas alios demandare, imo etiam Vicarii exigentibus Imperii necessitatibus Recessus condere quarunt, cuius rei quamvis nullum extet exemplum, fieri tamen posse nullus dubito. (c)

Hinc Imp. non pt legem discretionariam condere C. Car. V. 32. Leop. 38. v. Maur. §. 30. Lo.

§. VIII.

Conveniunt autem Imperator & Status inter se per modum Contractus, (d) ex quo videre est eum Contractus tam unam quam alteram partem stringant, non minus Imperatorem quam Status eis obligari, ita tamen ut aliquando solus Caesar obligetur, ut in Capitulationibus, aliquando soli Status obligentur, quando aliquid de Moneta, Bellis eorum &c. disponitur, aliquando obligatio utrinq; communis sit, ut quando de religione aliqua tolleranda Sta-

Inform. Donaued. p. 364. sqq.

Ideo qui non consensere non tenentur Maur. §. 34.

(a) Hippol. à Lap. P. I. c. 6. Sect. 2. p. 104. allegati. Maur. Opp. p. 138.

(b) de Regim. Sacc. & Eccl. L. I. cl. 2. c. 2. §. 106. sqq.

(c) Maurit. de R. I. §. 15. sqq.

(d) Erklärung des Landfriedens a. 1500. pr. Haben und mit sich organisirender Verfassung in Contractsweise. Verabredet dasselbe §. Thorschlüsse. Schwed. J. P. part. gen. c. 3. §. 7. Datt. de P. P. V. 2. 35. sqq. Ord. Cam. de a. 1500. art. 72. §. 3. Behm. T. P. V. p. m. 587. sq.

L. 1. c. 2. De Recep.

tuitur, interdum unus aliquis Status Jus ac
apit, Imperator & reliqui Status obligantur
in quam rem multa ex Pace Westphalica
afferre liceret, & sic etiam Imperator, & o
nes Status erga se invicem (a) Obliga
tio vero in utraq; parte si Status ut corpo
consideres aequalis, est, quando vero unus
quemq; solitarie, tunc utiq; lex ens quod
maior pars statuit, multo magis si ut
subditi, v. gr. in judicio stantes veniant,
& hinc est, quod obligatio utrinq; ratione
Imperatoris aequalis dici non possit
cum Imperator semper ex pacto teneat (b)
si ex pacto & Lege. De vero obligari nec
ipsi Imperatores ambigunt, videatur sal
tem R. I. 1559. §. 85. ut adeo vani sint illi, ord. Com. a. 1500 art. 72. §. 3.
qui à parte Caesaris conventionem à par
te Statuum vero Legem postulant esse,
quod recte Pitius l. c. monuit, natura enim
rei repugnat, imo nostrae opinioni subscri
bit ipse Reinking (c)

§. IX.

Sed quid de subditis mediatis dicendum? hos
non teneri asserit Vir aliquando Jctus Ge
orgius Obrechtus (d) cum Contractus neminem
praeter contrahentes obligent; verum recte

(a) Consule Pitium J. P. II. c. 14.

(b) hinc recte Charond. l. c. §. 32. quem vellicat Tit. l. c. §. 16. probat Kulpis. P. II. p. 178. seq ad Mons. idem facere puto Vult. de P. II. c. 2. §. 38. seq.

(c) de R. S. & Eccles. L. I. class. 2. c. 2. §. 107. add. Schurer. l. c. §. 7.

(d) de Jurisdict. cap. 6.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

monuit Pauerneisberg(a) aliud esse conventionem quae à privatis initur, aliud à Comitiis imperantibus factam, qui subditis Leges ferre queant. Et certe cum Recessus etiam de rebus privatorum disponant, subditos quoq; stringent, quae statum publicum attinent etiam ad Imperantes tantum pertinebunt, at illa quae prioris generis sunt ob praesupposita in Statibus imperandi conditionem, subditorum mediatorum obsequia saltem requirent. Sin autem quid in negotiis transitoriis agendum decernitur, & Status & subditi simul obligabuntur, veluti si commercia cum hoste prohibeantur &c., possesq; adeo commode ac fere R. I. modo omnes hos coniunctim modo partes, modo singulos de quibus diximus, stringere.(b) Hodie tamen fere dixerim horum Recessuum si vllos, haud tamen multos oberaturum esse, post Pacis Westphalicae Ordinationes, in quibus potestas iudiciaria Statuum liquido confirmata est, nisi eorum interfit vt etiam de subditis constituatur, (vid. §. 6. supr.) Exempla in Recessu Norinb. §. 170. & 190. alibiq; extant. Quae hactenus dicta & hoc verum esse

(a) de Iurisd. L. II. c. 2. n. 87.

(b)

(c) Tit. I. P. II. 2. 20. sqq.

L. 1. c. 2. de Ritis

Leges. Lingua Germ. patria Wasserschiffe Cæsarum Rhenum petentium habeant dicit Lupold. de Bebenburg c. 3. p. 4. de J. R. edit. Freher Leod p. 13. sibi falso non Ritas asserit Freher.

declarat, quod in Camminis Imperii tribunalibus secundum eos constanter jus redditur. (a) Imo etiam Status Imperii his Sanctionibus non observatis diserte conqueri esse leguntur, quod Ferdinandi II. temporibus nimis quam crebrissime usurpatum. (b)

§. X.

De modo conservandi in Comitiis conficiendis Recessum, infra agemus. Conscribitur is à Cancellariis vel Secretariis Moguntini, qui initium capit à Propositionis Caesareae, vel à Litteris quibus Status convocaverint, regia ex Relationibus & Resolutionibus Imperatoris & Statuum refert, quae prius accurate ab eo observantur, sequitur Examinatio, & denique quod aiunt in mundum redigitur, infra explanabimus. Lingua qua Recessus conscribi soliti sunt antiquitus Latina fuit, quod ex A. Bulla & aliis constitutionibus à Goldasto relatis, ut & Capitulationibus Regum Francorum planum fit, tandem tamen Constitutionem Germanicam, sub Friderico II. confectam, quam Goldastus in Reichs Satzungen T. II. p. 17. exprimit, sanxisse postea Rudolphum I. (c) ut ea omnes Imperatorae Ordinationes conscriberentur,

Non omnino displicet Schilteri opinio qui T. I. P. II. t. 19. p. m. 267. Sqq. qui Latina lingua in qua in authenticis excepti adhibita m adstruit, postea tamen Germanica Recessus in provinciis promulgatos fuisse.

(a) Schwed. J. P. l. c. §. 7. m. f. Chron. de Recess. §. 30.

(b) Chron. l. c.

(c)

(d) Heig. Chron. P. I. q. 7. n. 63. Lg. Mogunt. de Recess §. 28. Corning. de orig. J. Germ. c. 27. Struv. VII. 9 4ma ad cjg p. 795. J. Schmid J. P. V. I. §. 4. 2. 9. vid. sonst Thon. Limpurg. in Praefat. Chron. Limpurg. unter Kayp. Ludovici IV. viz esse ut quis stile dignum chronicum. in lingua Germ. me. Archaius offendat putato Kn. Ludewig euan tum eius partis fuerit vty.

330

L. l. c. 2. de Rees

sunt qui referant; hoc certum exploratumq; est, si quidem publica sanctione id statutum esset, legisq; vigor aliquis foret, & Chrysobullam Germanica lingua non latina extiturum esse; quare id quidem facile largior, haud antiquiores Germanicas Constitutiones, Friderici II. & Rudolphi aevo, extare (forsan exstitisse, quod tamen antiquissima Capitularia refellunt) idq; tum in more repositi cepisse, ut Recessus & Latina & Germanica lingua scriberentur, at ni Chrysobullae conscribendae, verum omnes Germanica tantum lingua scriptos esse haud gratis crediderim, praesertim cum Cresy, ad instrumenta Alsatiorum Rodolphi ius sum restringat. (Annal. Suev. L. 3. p. 3. c. 1.) Hodie expeditum est, vtu docente receptissimam esse linguam Germanicam, quod anteriores & Leopoldi Capitul. artic. 43. diserte stabilit, esse tamen in probis consuetudinis, quam legis, vel hoc indicio est, quod Pax Westphalica lingua Latina conscripta in Recessibus Imperii extet, & vltimis inserta fuerit, cum tamen Germanica vtu non desseret.

§. XL.

Subscriptio aliquando ab omnibus qui Comitiis adfuerant facta est, quamuis Gor

mani non essent ut Goldastus observavit, verum huius assertii fides hebrica est, cum antiquitus nullum praeter solum Imperatorem, cum aliquibus testibus, nomen subscripsisse videamus, imo antiquis Recessibus quos in corpore Recessuum habemus, omnis praeter Imperatoris nomen subscriptio deest, quas ob causas eam merito reprobamus, usque ad Maximiliani I. tempora solum Imperatorem subscripsisse asserentes. Sequiores Recessus, modo Imperator solus modo cum Electore Moguntino aut alio modo cum omnibus Statibus, vel solus, vel cum Cancellario, nonnunquam Vicecancellario suis subscripsit, quod ultimum hodie constanter servatur, ita ut Secretarius Moguntinus omnium nomina subscribat, etiam illorum qui contra aliquos Recessus articulos protestati sunt, (a) quod antea non obtinebat, quamvis nec hodie existimaverim aliquos contra integram Recessum protestantis, nomen subscribendum esse. Cum vero subscriptiones per Secretarium Moguntinum fiant, hinc factum, ut multa menda irrepserint, (b) ideoque argumentum a subscriptione defuncti requiri, hinc is cuius nomen in subscriptione omissum si alias de eius immediate successu constet recte pro tali habetur, nec exinde praecedentia (d)

(a) Maur. R. I. §. 25. tamen hoc ut non firet petierunt legati Protestantium 1530. Heid. f. 114.

(c) Linn. Add. T. I. ad l. 4. c. 1. n. 210. Maur. §. 25.

(d) Maur. l. c. in f.

L. t. c. 2. de Recis.

probatur, verum necesse est hic Protocolla Imperii in auxilium vocare, ut recte Eichstadiensis Episcopus 1654. concluserit, apud Maurit. l. c. (a)

§. XII.

Subsignabat antequam Imperialis potestatis termini mutarentur, Soly. Imperator postea additi Statu, quorum nomine in Band Fab. verb Landsh. 1495. legimus Solum Augustinum subsignasse, verum omnia haec nostris moribus cessant, appendebantur enim octo sigilla, Caesaris, Electorum Ecclesiasticorum, Secularium, Principum Ecclesiastic. Secularium, Praelatorum Comitum, & Civitatis in qua Comitia habebantur, quod ambo funiculos Ecclesiast. & Secularium conjungit(b), quod tamen in ultimo R. I. aliter servatum est(c) ubi 13. sigilla appensa sunt. Vitiose tamen & subsignationes indicari Exemplo novissimi R. docet Maurit. §. 26. Publicatio fit nomine Sublimis Imperatoris, quod aliqui e nuncupatoriis annumerant, (d) verum Hippolithus l. l. c. 6. sect. 2. abunde his satisfecit, adductis aliquibus Recessuum locis, ubi Statuum nomina Imperatori in Principio addita leguntur, sed quicquid hujus sit, certe Imperator consuetudinem pro se allegare potest, cum plures contrarii actus extent(e) His rite factis Comitia solvuntur, & deseruit.

(a) Bruigt von Reichst. p. m. 56. Grundf. P. II. c. 10. hinc addit clausula de non praejudicando.

(b) Bruigt von Rt. p. 58. Maur. §. 26.

(c) Grundf. P. II. c. 10.

(d) Reinking l. l. cl. 2. c. 2. n. 120. cl. V. c. 6. n. 122. ex Instr. Pac. art. XVI. §. 2.

(e) ita defendit Stamler de Reservat. §. 33.

L. 1. t. 2. De Rect.

§. XIII.

Ex his aliisq; infra recensendis Requisitis aestimatur, vtrum Recessus genuinus an suspectus sit, si enim horum aliqua desint, non pro Recessu sed pro Scripto privato habenda erit Constitutio, imo nullius est vigoris. An vero Recessus si aliqui eius valor in probando esse debet in Corpore Recessuum Imperii aut tabulariis Imperatoris & Augustini praecise extare debeat? quaeri posset, extant enim huius modi Recessus apud Batavem, Goldastum, Schilterum, Schilterum, aliosq. Ego si omnino quid asserendum est, crederem, nullas praeter illos qui auctoritate publica collecti suspicione fraudis carent, ut Leges adhiberi posse, attamen si illis concordent, ad illustrationem & interpretationem non inficete adhiberi. Origo Recessuum, si in sensu latiori accipiatur, ad initia Imperii Francici refertur, sin vero eam formam qua in Recessuum Corpore extant figies, ad Maximiliani I. tempora refer, tolig. Imperii Recessus temporibus Carolingorum facti sunt primitus.

§. XIV.

Interpretatio Recessuum in Imperii Comitiis fieri debet & solet, nec id sibi Jolg Imperator

L. 1. c. 2. de Recess.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

tor arrogare potest[a], quae vario modo fit. Interdum etiam dispensatione opus est, R. I. tit. 3. §. 176. quae tamen non aliter quam Imperatoris & Statuum consensu expediatur, ut Capitul. Leopoldi art. 38. Joseph. §. 3. satis confirmant, qui tamen modo admodum parce in Imperio adhiberi debet & solet. Cessat Obligatio Recessuum, deficiente fine tam interno quam externo in perpetuis, in transitoriis vero Constitutionibus elapso tempore, vel negotio confecto, vel alia Lege aut consuetudine abrogantur, quod ultimum ex fit per non usum diu longi temporis, durat enim tamdiu vis Legis, quamdiu nihil aut expresse aut tacite contra statuitur. Verum locus monet ut de abrogatione Recessuum per Legem contrariam mentem nostram explicemus.

§. XV.

Et sane dubitare quis posset, num satis tutum sit, de hac controversia verba facere veterum stat sententia. Leges Imperii Recessus comprehensae, sunt vel Privatae vel Publicae, vel permanentes, vel transitoriae vel mixtae; ex permanentibus quae Statum Publicum formant vel conservant fundamentales dicuntur, de quibus ingens certamen, reliqua enim mutari posse dubium caret. Nos omnino subscribimus Hippolyto à Lapide l. 6. d. tradenti, quod omnium Statuum consensu

(a) auct. tr. est Carol. V. Recess. Imp. 1545. §. 10. interpretari. Colleg. Ratisp. tit. X. cui tamen O. non recte manent nostrates, verum haec mitigari potuerunt, imo plane non conferentes. a. l. b. tribuit etiam Principibus ap. Sleid. l. 2. W. f. 53. b. add. f. 387. a. 1541. Carolo V. quondam Artic. interpretatus est vid. Bembelt. de Gudent. p. 82. ubi formula ad. Hippolyt. à Lap. l. 1. c. 8. ibi contrarium. Schilter J. F. Publ. T. I. p. 26. sq.

L. 1. c. 2. De Recti

hae Leges antiquari possint, in tantum vt tamen nihil in praeiudicium tertii iuris, nec contra honestatem publicam fiat: vt eo, Statui posse concedamus contra as ille. Exemplo res plana fiet: Mortuo Imperatore, nulli interest formam Imperii praesentem conservari, ideoq; si omnes consentiant, migrare eos vetterem Statum posse, omnino credideris, cum Electores nomine omnium Imperii Statuum eligant, eorumq; consensu constituti nemo deponi possint, ut tamen alio modo illis hoc damnum pensetur, si Statuum voluntas id tulerit. Verum Instrumentum Pacis Westphaliae tollere aut immutare (nam qui tollere, multo magis immutare potest) cum id in praeiudicium tertii cedat, nequeunt. Pacem et iam publicam conservare Statq; tenentur, quid enim inde futurum esset, nisi mera anarchia?

§. XVI.

Variae collectiones Recessuum Imperii sunt, non tamen illarum aliqua ante annum 1527. facta est, Exemplo, ni fallor Orthuini Gratii qui Coloniae 1519. fasciculum suum Rerum Expetendarum & fugiendarum ediderat, insecutae sunt plurimae aliae, verum omnes admodum mendosè impressae ut Exempla chartis affert (c) adeo ut quod

(c) d. Diss. §. 37. seq.

Libri impressi.

hoc attinet, antiquiores, licet nec ipsae ades correctae, recentioribus praeferendae sint, sicut & eis varsq; quod ad numeros & summaria §§ & Recessuum, & incrementa accepta, longe praestant. Verum maiori defectu omnes laborant, quod non omnes Recessus exhibent, ab anno n. 1356. usq; 1442. nullus Recessum servarunt, & post quid in causa? Lonicer. l. 9. Hist. p. 160. ea quoq; multi desunt, quod tamen quos ante nostram memoriam Viri eruditione clari è pulvere eruerant, conf. Datt. de P. P. l. 1. c. 22. Diegz tamen his datum fuit omnes defectus tollere, extant enim aliqui necdum hodie integri, Eodem plenus Recessus Francofurtenses 1489. Dattius affert, p. 209. Verum id in iniquis potiùs ferri posset, id certe mirari subit, quod nec R. I. 1495. Wormatiae confecta nec R. I. Constantiensis 1507. in impressis Recessuum collectionibus extantes integri adsint, de priori enim hoc docet Datt. V. l. p. 786. §. 44. posteriori Supplementa addit III. 7. 10. p. 557. §. 44. & certe probabile est, alios compleres antequam nimium editi fuerint hoc fati sustinuisse, nec post haec id effugisse aliquos suspicari licet, cum suis integros quos Recessus quos in Chorgentina Libb. allegare omissos fuisse. Optamus ut nostro Seculo Ex felici tantarum editione splendor accedat.

Add. Maurit. d. Diss. 33. 36. 39.

L. 1. c. 2. de Recis.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

§. XVI.

Promoueri tamen hoc institutum in multis posset, Historia Recessuum Imperii edita, imo etiam Interpretatio LL. Imperii multo facilius cessura esset, si ea gaudemus, videmus quid Historicae fidei Pacis Westphalicae profuerint parergia, percurrimus in Acta, in consilia, proposita, artes, causas penitiores, ex quibus quid interpreti lucis accedat, harum rerum gnari satis noverunt. Hinc factum vt Dn. Bornebergius Forstnerum, Coringium, Boeclerum, homines Seculi sui solicitarent vt hoc fusius perequerent, sed cum ferient quantae molis hoc esset, recusarent. Facile quidem esset tale quid conari vni tabularium Publicorum accessum vsumque habenti, et dedit certe huius rei nobilissimum Specimen Datinus in suo de Pace Publica Opere, optandum esset et quis eo modo Recessus trium anteriorum Seculorum illustraret, cum vltra progredi non detur, verum & id fouere, sperare non licet. Nouimus enim, veteres, exceptis ciuitatibus Imperialibus in quibus vigebant Comitia, acta ita non seruasse nec si voluissent nanciscendi potuisse, cum iste mos deserendi Recessuum acta non diu cepisset. Imo ne quid de Historia loquamur, reclusum

(a) Dato L. V. c. 7. n. 12. sqq. p. 424. seruasse se has Epistolas, nec fuisse ab hoc Instituto alienum Boeclerum refert Relfenius. p. 35. Forstneri responsum edidit Struuius in fine vltimae Exercitationis editionis.

(b) id discimus ex libello von denen Reichstagen m. p. 61.

L. 1. c. 2. de Recess.

in Germanorum crebram voluntatis mutationem quod contendas Ill. Carolus V: vipens Germanorum conventa ac similes, quia dicebat, ut istae matres suas tollunt, sic eorum prosperiora decreta privora. Lips. Pol. Act. p. 48.
Comitiorum Germ. inconstantia Forstenzer. Act. Pol. ad Hac. Vol. 1. p. 430.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

Commentarium in omnes Recessus Imperii videntes, conati equidem tale quid aliqui sunt, verum vt dicam quod res est, non iis instructi praesidiis, quibus aliquem ad hoc opus accedere oportebat, sufficisset fortean oneri Sylvastres, quem tale quid conari voluisse auctor est Spaeint. d. l. § vlt. vt ita, nem videtur, eius calamitas & mors impedimento fuere, assent tamen idem nescio vnde, illa Commentaria in manibus aliquorum Pfensium versari, de quo mihi certo non constat.

§. XVII.

Pontificem Corpus Recessuum Albo libro rem prohibitorum adscribere animo agitasse, Schutzius Vol. II. Disp. 4. th. 1. lit. b. vult, verum cum idoneis Historicorum testimoniis destituatur, quantum fidei eius traditis sit, haud facile dixerim. (a) Rapuisse aliquos Recessus Pontifices, praesertim quae de libertate Religionis concedenda agunt, haud absone dicitur, imo Innocentii Bulla id satis declarauit, at cum certi nihil tradere queam, rectius facere, quam parcere aut falsa asserere, in posterum censura cohibendi male accepta, pluribus icto capiet, sese continebit. Et tantum de Recessibus.

(a) Confirmat tn. dicta Schutzii ex Paulo Sarpio Schilter de L. R. G. L. VII. c. 9. §. 9. restitit tamen Maximiliano II. acerrime.

L. I. c. 3. de Aër.

rea Bvlla.

CAPVT. III.

DE AVREA BVLLA.

Atque potiores Jur. Publicar. Species persequemur. Antiquissima Legum quae in corpore Reip. sacri Imperii extant, est Aurea Bulla, sic dicta ex ortu ita dicta, etenim verbum Bullae, praeter significata, quos apud Romanos habebat plurimos, in medio aevo sigillum denotare cepit, nescio an primum apud Graecos, an vero apud Romanos, Vos autem legimus Imperatores nostros, variis, aureis, argenteis, plumbeis, cereis bullis, prig vt opinor ad imitationem Graecorum, à quibus et plurima alia, ita & hoc nostros institutum accepisse credibile est, & quamuis Reges Galliae, Angliae Pontifices Romanos non nunquam, imo & alios eas adhibuisse legamus, nostri tamen vel ipsis Gallis legentibus illis creberrime, ut opinor, tacito reliquorum consensu in signum eminentiae hoc quasi peculiare sibi habuerant. Sequentibus temporibus ipsae Diplomata tali Bulla roborata Bullae dicta sunt, vt ex Wildebrando ab Olenborg & Bromptono declarat Cangius id quod & nostrae accidit.(a) Nec hodie illius usus in desuetudinem abiit, cum Capit. Fend. III. 46. IV. 44. carcatur, illam nullis aliis Diplomatibus, quam in Cancellaria Imperii ex Imperiali indulgentia confectis

(a) confule Cangium Glossar. voc. Bulla. Limn. J. P. l. II. & ad A. B. Prolog. Schwed. J. P. I. 2. 1.

Rogatio Carolina dicitur etuent. VII. 24. 16.

Magnus Petrus Olderop de orbe Arvernione quae nationi ad Pontif. Rom. pervenerit.
Gabriel Bucelli à Gebay de virginibus Electorum, nec non etiam Christi nativitate Thronum illustrantibus.
Isaacus Pagenus de Haag de Statuum Hollandiae libertatum civitatumque imperialium circuli Franconici.
Daniel Gottlieb Pertsch de meritis domus Brandeburgicae in Imperium.

Hermannus Bötl de diuisa Imperatorum titulis eorumq; origine.
Joh. Christoph Baltorius de varia principum in clerum munificentia.
Joh. Henricus Priester, de censeris & censeariis veterum Germanorum.
Achatius Christianus Kayser de patricij vulgo davon adelichen geschlechten
Carl Otto Reichenberg de successionibus in feudis. quid hic domus vitatis.
Vicariatus Saxonici illustres casus ex archimarschallatu.
Jac. Frider. Reimann de Chronico Stalberti. Abbatis Johannis Winnigerstadt vitebergensis.
Casp. à Rheden de caroli M. Imp. electione, coronatione, & aliis quae huc spectant.
Bartholom. Christian. Richard de Francorum Salicorum & Salicorum origine et differentia.
de dubia et incerta Taciti fide in Germ. deorum historia.
Christophorus Ritter de Regno Romanorum.
Eberhard Rudolph Roth de antiquissimo et adhuc durante Romanorum signo aquila.
de antiquissimo illo more quo veteres reorum innocentiam culpamve per aquam ferventem & frigidam probare solebant.

Joh. de Electorum Iuribus praerogativis
de Methodo Juris Publici tractandum.
de fatis Feudorum circa tempora in Imperio Rom. Germ.
de Jure legislatorio Territoriorum & civitatum Imperii.
de Feudis Imperii.
de Comitijs S. R. I. variis tibus.
de suffragiis Statuum in Comitijs variis tribus.
de Electore Coloniensi.
Joh. Friderich de Jeremias domus Brandeburgicae ergo Fine cum clarissimo in Europa Regibus.
Joh. Joach. Frantzius Argentoratensis Carol. acced. Gymnasii Rector.
Andr. Fridelius Origines & rudimenta Cisae.
Athanas. Fritschius de Augustis Romanorum Imperatorum, eorumq; Juribus, Privilegiis & praerogativis;
Philipp Reinhard Geyling ab Mellern de comitibus Deputatis rum Nobilitatis Duplo Vorsitzen Quadruplo Imperii.
Joh. Ernest. Gerhard Jen. de Gotha in Genua & in Spanien de Schwartzburgica, Historia S. R. I. etiam trid. Glaseri de titulo Dominus ab Barenis.
de dignitate personali, deinde reali Germanorum comitum tabili.
J. W. Goebel de Statu Nobilium Germanicae.

Dittmar
de anno decretorio Executivi v.
Ernesty selizowiy in Germania.
de Legatis primis & secundari
ordinis.
de Judicio duellico praecipue in
controversiis illustribus.
Entwurff der brandenburgi
schen Historie.
Kurtzer Entwurff der vor
nehmsten Praetensiones Sou
verainetaten & Stände in Eu
ropa.
de abdicatione regnorum alia
rumq dignitatum illustrium
tam Secularium quam Eccle
siasticarum.
de Vicariis S. R. I. in Italia.
Marchia Brandeburgicae in
tria Vicariatus erunby Indicata.
de coadiutoribus ordinum equestrium
Ecclesiasticorum.
H. Christoph Dorn de eo quod
justum est circa dignitates illu
stres.
Fried. Dulcker de matrimoniis
personarum illustrium in Imperio
Germ.
H. Herm. Lyseling de vocabulo
Germaniae.
De Chaucis.
de Statuis Rolandicis.
de Caesare.
de Violibetho.
Eisenhardt de Jure Diploma
tum.
Georg Engelbrecht de Sin
gularibus feudorum Mecklenburga
rum.
Henr Rettberg Selecta ex Hi
storia Henrici Sancti.
de Electoribus Ecclesiasticis.

de more quo res olim apud
plerosq Europaeos gestae, pe
ruersae sedes, adeptae pro
vinciae regnaq probabantur.
de edicta Imperiorum abdi
catione.
Georgius Rothius de rebus Sta
densibus.
Diplomata Ottonis IV. 1209. Sta
densibus impetrata.
Diploma coenobii S. Georgii
1132. Stadae fundati.
de festivis ad sepulcra mor
tuorum non ponendis.
Ruhlmanns unterschiedene Pflich
ten, welche O. L. M. nicht
nur auf Parma und Pla
centz, sondern auch sonst gar auf
ganz Italien, Rom, H. Stuhl
Timotheum Petri Faber. H.
Jo. Georg Rumpel de Sacratissi
mi Imperatoris alq Imperii
in diversa Camera Wetzlariensi
si.
Caspar Sagittarius Grund-Ver
fassung, oder Landgr. Brennigk zu
Thüringen, Pfaltzgr. zu Sach
sen. Lüneb. Sachs.
Historia Joannis Friderici.
— Principum Anhaltinorum
— Marchiae Jo. Wedelensis.
Antiquitates Archiepiscopatus Mag
deburgensis.
Chronologia Historico-Lunaeb.
de origine & incrementis Brun
sicensium.
Historia Gostariae usq ad Fri
dericum II.
de Norimberga.
Historia Ranisburgi. 448
Origines & incrementa Juliae
Lunaeburgensis.

Historia March. & Elect. Brandeburg.
Historia Bavariæ.
— Halberstatensis.
Antiquitates Lucas Bodecii.
Casp. Lagebannius de Comitatu Rochlicensi.
Johannes Schattenius de avarnodis et pace Ryswicensi in Imper. Germ. redundantibus.
Joh. Theodorus Scheffer de regalibus tam in genere quam in specie S. R. I.
de forma Imperii Rom. Germ.
Joh. Christian Schelee de ortu & progressu doctrinae Imperii Germanici.
Joh. Georg. Schertzius de abolitis Nassoviae depositione.
de turbis in Imp. Germ. ex electione Ludovici Bav. & Friderici Austriaci ortis.
de Friderici I. Imp. inedicto in causa Henrici Leonis pronunciato.
de summis ac subalternis Imp. R. G. iudiciis & eorum concurrentia.
de Jure Belli in S. R. I.
Johannes Schilterus de Gradu nimio civis salva.
de Vicariis Imperii Germanici.
Johann Hermann Schmincke de Wenceslao Regi Romanorum.
de culto religioso arborum Junonis in Hassia.
de variis sepulcralibus armis lapideis veterum Cattorum.
Jacobaeae de bona Causa Consultatio super controverso Archiepiscopatu & Electoratu Coloniensi.
Breucans Jahrbücher (Chronikon) von dem Ursprung der teutschen Reichs-Stadt Rom. Reichs auf Florentz.
Fenda Tudor. de Oberlegitimo Electionis Carolini.
gio Romanorum.
Balthasar Conrad Zum Brunck de novo Electoratu.
G. H. Bruckner de Romanorum Imperatoris Majestate, praecipue reali & personali.
de Jure principis & imperii circa causas matrimoniales.
Georg Hans Bruckner de Romano Regni Germanici.
de particulari Territorii tutelae mandato.
Jac. Brunnemann de foederibus Statuum Imp. cum exteris.
Georg Adolph Carpz de his qui ab inimicis Caesaris Juris notis publicis sunt.
Joh. Balthas. Christ de iis qui non moderatae habitationis natalibus.
Ern. Sal. Cyprian de Maximilian. I. Pontificatum Max. affectante.
Just. Christoph. Dithmar de Electorum S. R. Imp. origine.
de Vicariorum S. R. I. origine.
de veterum Scriptorum Germanicorum defectu.
de foederibus tam diversae quam unius religionis populis.
de Jure Albingensi placitique in Germania.

Godofr. Arnold de Hermundu
ris.
Joh. de Georgii Duce Saxoniae.
Joh. Christoph. Arnpeus de ori
gine & incrementis rectissima
gentis Suevicae vlq. ad praesen
tem statum.
Joh. Frid. Arnsberger de Hennes
berga.
Ignatius Joseph Bartmann
de Stadt Ecclesiastici pulpi
Dominabili - Coloniensis.
Joh. Balthas. Bebelius de Tribo
cis s. Alsatis.
Lyp. Thdat Beck de vasallis
& feudi & officii nobilis.
de triplici Advocatia Impera
toris Ecclesiastica.
de fere Principis circa comme
dia ministrum & Vasallo
rum.
Philipp. Friderici. de Berckheim
de Comitiis Nobilium, vulgo
dem gemeinen Ritterstagen.
Jo. Guil. Berger de originibus
Marchiae Brandeburgicae
Frid. Gualt. Bierling de familia
Comitum Holsatiae - Schauen
burgicorum extincta Saec. XVII.
Jo. Henr. Boecler de Comitiis
Imp. universalibus
de bello Carolo V. a Mauritio
Sax. illato
de acquisito & amisso Imp. Ger
manici in Livoniam Jure.
de Advocatia Ecclesiastica.
de personis feudi capacibus.
de patria potestate Principum
Imperii.
de tutoribus & Curatoribus Comitum Imp.
Electoribus ex Jure Civili, Canoni
co, Feudali & Publico.
de fabricis feudi capacibus.
Jo. de Antiquitatibus Tritesla
riensibus.
de Episcopatu Burcburgensi
in Hassia.
Joh. Daniel Schepflin Alsatia
cae Antiquitates.
de extincto et restaurato Oc
cidentali Imperio.
Christiana Schoelbyla Orig. ineq. Ch
ronicon Stolpensis.
Christoph Schreiter de origine
Ducis Saxoniae.
Godofredus Schumann de Carolo
magno variis fabularum involucris
explicato, veritati restituto.
Joh. Christian Schudelius de vari
is Decretis Brem. inventis.
Henr. Leonh. Schurtzfl. de Corna
do Kauffungio.
Gabr. Schweder de Colonia Domi
tii. de Comit. Palat. Rheni feud
bus & praerogativis.
Jo. Philipp Sleuvogt de Advoca
tia Imperatoris Ecclesiasti
ca.
de Jure recipiendi provocatio
nes ex Jure territoriali ori
undo.
Jac. Carl. Speyer de vera origine
Com. Stat. Caesar.
Matth. Stein de alienatione imme
diati Imperii feudi.
Johannis Strauch de oppignora
tionibus rerum Imperii.
Fridericus Struvius de titulo Ele
ctoris Saxoniae.
de sylva Hercynia.
Burchard Gotth. Struv Origines &
Elogia Hohenlohica.
Prodromus Hist. Graeffenthalensis.
de Comitiis Palatinatus Saxoniae
Secaist. genti communi.
de fatis Serenissimi Ducis Brunsvi
censis.

Jo. de voto Burgg raviatus Norn-
bergensis.
J. A. Stein de subsidiis b. R. I.
Casper Theodor. Lammermann
de paritate religionis, in Chur-
Liss. Camerae Imp. iudicio ob-
servanda.
Ernest Teufel de Jure et potesta-
te proscribendi Statu Imperii.
Christian Frid. Thomsen de Electore
octavo.
Anton Conrad Torrenos (Torrenot)
Westphälischer Landsberg
Arnoldus Henr. de Tressow de
rebus gestis Conradi III.
J. S. Treuer de optima legitima
ratione componendi distidia in S.
R. G. Imp.
Joh. Wolffg. Fries de transmissione
fructuum feudalium in heredes ti
tiales.
Jo. Frid. Truppaeyer de potestate
Electorum et Principum Imp. circa
jus stabiliendi subditis sui conse
rendi.
Jo. Burcard Verporten de inves-
tura allodiorum, eiusdemq. vera
origine et authoritate praesente.
Jo. Christoph Wagenseil de S. R. I.
summis officialibus eorumq. subor
dinatis officialibus, tam ex Germ. quae
de Bonae Imperiali.
de Jure Romanorum.
de Comitiis universalibus S. R. I.
de Abbatissis.
de Academiis.
de Jure foederum.
de Nobilitate.
de Haereditario Jure.
de Jure ordinum protestantium.
Theses miscellaneae.
Joh. Michael Leonrod de fini
bus Germaniae nonnulla
disputis.

Anonymi.

Dissert. de praesenti in Episco-
tu Hildesiano statu 1704.
C. Samuel Schurtzfleischius de
functus Jesse defendens i.
colai Hieronymi Gundlingii in
sultibus, h. e. Dissert. opus ob
rem 1. non Jure Electoris se
successionis praefatus elegan
matis demonstratur.
A. D. L. I. W. F. A. Saigraph
Juris Electori Palatino circa
Domanium Imperii competen
1711. 4.
Libertas Argentoratensis sti
hypothecaria non exposita 17
D. J. C. W. Quartz fragen ob
einen Raths Vicarius Herbst
Pflichtmäßiger Beweis Vom
cato Comitiali. 1713.
unpartheyische rechtliche Nachricht
der Nürnberg. Gültbriefen 17
entworffenen postulation
mäßig 1716. geschehenen Ab
tragung der Landbergischen
den Pharamund Clodovaeu
Franc. 1716. 4. St. P. L.
Untersuchung der Argumente
gründ. Behauptung des Rei
und der Ergebung gerechtig
ti Vollstreckung der Acht
trostane, gegen die Dissert
den Titul der Burgg
Nürnbergischen Geschlech
Examen scripti de Jure Exegeti
sententias Electoribus circa Jura
competentia, contra Dissertat
nem de officio Directorii &
cum circulario p. editi.

Jo. de vegelin et vegilinsky.
Historische entwicklung der -
fernalyse Liebig Borsen
Breitungen.
Jesaias Weidii chemorabilia Hi
gustaana.
Jacobus Wenemer de Notitia
nidulata.
Joh. Christoph Wendler de di-
vitiis amplissimis quas cleri
Romani in ditionibus Stu.
Stiaeis possidet.
Joh. Balthasar Wesenberg de
Jure depressaliarum inter Bi
nos Imperii.
de Testamento Caelestis.
progr. de Imprigritate Semis
nalii, adsolv. Imp. Camerae
tij assesta.
Adam Balth. Wesenberg de Jure
S. R. I. Principum propriis
titulos augendi.
Henricus Wrachorst de iniqua
appellatione Oboris IV. Imp. à
heyne.
Christian Wildvogel de Statibus
Provincialibus.
de capitulatione perpetua.
de Imperii natate Semitonali
civitatum Imperii.
de unione Electorali.
de Jure principis eminente
circa postas.
de Exercitio Juris circa sa
cra, civitatem Imperii libe
rarum Protestantium.
Samuel Frid. Willenberg
de Unionis qua Polonia cum
gitur Russia indole.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

Joh. Christoph Willenberg de
missarum appellationibus Juris
Longobardici ad feuda Germa
niae.
Christian Gotthold Willich de
Margaretha Austriaca, Hordei
dei Placidi coniuge.
Carol. Guil. Wachter de Ju
re Legationis civitatum Im
perii.
Conrad christoph Wachsler
de Legibus fundamentalibus
in Gaere, & Legislatione ad
Imp. Rom. Germ.
J. Joach. Zentgraf de Ju
ribus et officiis Ordi
nibus.

Exemplaria
Dissertationum
a Catal.
Hoffmannianis
confecta
ei finis
nomina ne teneat, donec
ipsa debitur
Hildesheimbergiae.

CAROLI FRIDERICI NECKERI

Professoris Juris Publici

In

ACADEMIA GENEVENSI,

ORATIO INAUGURALIS

DE

Utilitate Juris Publici Germanici, & quo fructu in ACADEMIA GENEVENSI præ aliis doceri possit

Habita die 28. *Sept. A. C.* 1725.



GENEVÆ,

Apud MARCUM MICHAELEM BOUSQUET & Soc.

MDCC XXVI.

451

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN



GENEVÆ.

MDCC XXVI.

PROCERES AMPLISSIMI, *Patriæ Patres,*

PRINCIPES SERENISSIMI,

RECTOR MAGNIFICE,

ECCLESIÆ PASTORES, ET PROFESSORES *Reverendi, Celeberrimi,*

AUDITORES, *quotquot adestis, Illustres, Nobilissimi, Spectatissimi,*

JUVENES *ad Patriæ & Musarum Ornamentum nati,*

SI exercitatissimis etiam & dissertissimis Oratoribus interdum accidit, ut in hoc amplissimo Consessu dicturi, magno timore percellerentur, non turpè mihi futurum puto, quod trementibus labiis & palpitante corde hanc Orationem incipiam, cùm non solum rem nunquam antea tentatam aggrediar, sed etiam omnibus illis dotibus me destitutum sentiam, quibus eum præditum oportet,

452

qui aures tot hominum, dignitate, doctrinâ & ingenio conſpicuorum ad ſe rapere, & cum aliqua delectatione tenere cupit. Aſt cum nullo declamandi pruritu, ſed Veſtro, PATRES AMPLISSIMI, juſſu, & ex more in hac Academiâ recepto, muneris, quo me cohoneſtare dignati eſtis, initium inaugurali Sermone facturus, hanc cathedram conſcenderim, cumque nullus dubitem, Vos tam frequentes huc conveniſſe, non ut ex meâ in diſſerendo facultate ac facundiâ judicetis, quid valeant humeri, quid ferre recuſent, ſed ut hac benevolæ mentis veſtræ demonſtratione novum & vacillantem oratorem ſuſtineatis, animus meus ita erigitur, ut, favoris veſtri aurâ fretus, ignotum quod nunc ingredior mare minus exhorreſcat. Hinc non ſollicitus ero de eligenda materia, quæ ſpartæ mihi commiſſæ conveniat, & Veſtram, AUDITORES! attentionem mereatur. Etſi enim Juris Publici Germanici ſcientiâ vix alia quædam ſit fœcundior argumentis, quorum inveſtigatio & delectare & prodeſſe poſſit, credo tamen me operæ pretium imprimis facturum, ſi, miſſis iis, quæ ad ingenii oſtentationem magis comparata ſunt, tritâ incedam viâ, & de natura ac utilitate Juris Publici Germanici, & quo fructu in hac Academia præ aliis doceri poſſit, breviter diſſeram. Ita enim, PROCERES AMPLISSIMI, inſtituto veſtro, quo Studiis generoſorum Juvenum, ex Germania & Anglia huc affluentium, imprimis conſulere voluiſtis, ſua conſtabit ratio & utilitas, ac æquis rerum æſtimatoribus optimè ſe commendabit.

Favete modo, AUDITORES, dicturo, qui Vos tam faventes hactenus expertus eſt.

Etſi unicuique Civitati ſua Publica Jura ſint, quæ Statum ejus ordinant, & imperandi modum definiunt, Germania tamen præ cæteris regnis id ſingulare habet, quod ad ea docenda & explicanda peculiares in Academiis ſuis con-

conſtituat Doctores, quodque tam frequens ibi occurrat Juris Publici vocabulum, ut ſub ejus generali ſignificatione Jura Publica Germaniæ propria per excellentiam intelligere uſu receptum ſit. Qui mos uti tunc demum invaluit, cum jam eò excreviſſet Statuum, ut vocant, Imperii potentia, ut non unam amplius cum Imperatore Rempublicum conſtituere, ſed impari tantum fœdere adhuc conjuncti viderentur, ita eadem ratione effectum eſt, ut Juris Publici Germanici fines latiſſimè nunc pateant. Debet enim is, qui ejus Juris notitiam ſibi comparare vult, ſtructuram & compagem Imperii, ab omnibus, quæ unquam innotuerunt, regnis multum diverſi, intime perſpicere, debet Jura Imperatoris & Imperii ordinum, tam ſingularia quàm communia, accurate noſſe, & ubi in regendo Imperio conſpirent, ubi diſſideant attendere; debet modum Comitiorum ubi publica Imperii negotia tractantur, & Judiciorum, quæ ad dirimendas lites pacemque publicam ſervandam erecta ſunt, probe intelligere; debet denique Religionis ſtatum publicum, & quæ ejus diverſitas in Germania excitaverit & adhuc foveat diſſidia non ignorare. Hæc omnia etſi ex publicis tam in Imperio quàm cum exteris gentibus ſancitis pactis & fœderibus haurienda ſint, opus tamen eſt, ut ei rerum in Germania geſtarum monumentis eorum cauſæ & origines eliciantur, opus eſt, ut ea, quæ nec prævidere nec ad amuſſim definire licuit, ſecundum normam Juris Publici univerſalis, quod Juris naturæ pars eſt, componantur & decidantur. Nemo Veſtrum, AUDITORES, non intelligit, Studium Juris Publici modò delineati utile non tantum, ſed & neceſſarium iis eſſe, qui vel ipſi inter Imperii Proceres locum occupant, vel ad publica Imperii munera adſpirant. Quæſò enim, quomodo Germaniæ Principes cum iis, quibuſcum in unum corpus coaluerunt, communem Imperii ſalutem promovebunt? quomodo jura ſua ſarta tecta ſervabunt, aut violata

violata reſtituent ? quomodo proprias regiones juxta præſcriptum publicarum legum moderabuntur ? ſi Imperii quidem membra , ſed Jurium quibus regi debet ignari ſint. Hæc ſi nemo negat , meritò penitiorem horum Jurium notitiam ab iis deſideraveris , qui Principibus Germaniæ à Conſiliis eſſe volunt , aut ad tractanda Imperii negotia Miniſterium ſuum offerunt. Hos ſane omnem Juris Publici ſcientiam exhauſiſſe non decet modo , ſed oportet etiam, ſi conſilia ſua ad veram Dominorum ſuorum utilitatem referre , pro eorum Juribus vigilare , & ſiniſtrum eorundem exercitium impedire volunt , unde recte dixerim plurimas fluxiſſe turbas & calamitates , quibus Germania toties afflicta fuit.

Nolite tamen credere , AUDITORES , Studium Juris Publici Germanici iis duntaxat utile eſſe , qui in regendo Imperio aliquas partes ſibi vindicant , aut eidem ſubjecti ſunt. Etſi enim tanta amplius non ſit Germaniæ Majeſtas , ut , quod olim obtinuit , omnes vicinæ gentes eam comiter colant , nondum tamen ab antiquo faſtigio ſuo adeo defecit , ut non Imperatori , quem ſibi eligit, primus adhuc in orbe Chriſtiano locus relinquatur , ut non ipſa , dummodo potentia & opibus ſuis uti ſciat , omnium regnorum ſi non primum , ſaltem nulli ſecundum ſit, ut non denique amicitiam & fœdera cum ea contrahere etiam potentiſſimis Europæ Regibus curæ cordique ſit. Horum ergo rationes & commoda qui apud Germanos promovere , & tam validam gentem ſuæ conciliare cupit, ei certe incumbit , Germaniæ ſtatum non ignorare , ſed ejuſdem nexum , vires agendique modum bene explorare.

Ergo & vobis , JUVENES ORNATISSIMI , Civitatis hujus , in qua nati eſtis , futura fulcra , vobis etiam non inutile erit , Publica Germaniæ Jura addiſcere , quorum

rum notitia in primariis Germaniæ aulis ad publica munia aditum vobis parare poteſt. Si enim non turpe ducitis, apud exteras gentes militiæ nomen dare, crediderim, vos famæ, rebusque veſtris non male conſulturos, ſi id egeritis, ut etiam pacis Studiis & rerum civilium cognitione præſtantiſſimâ in Germania inclareſcatis. Ne dicam, quod non ſine fructu ſit, Statum vicini populi habere cognitum, ut exinde judices, quid Patriæ tuæ aut timendum ab eo, aut ſperandum ſit.

Verum ſi iis omnibus, quorum Civitati aliquod cum Germanis Commercium intercedit, Publica ejus gentis Jura intelligere prodeſt, iis certe hoc Studium maxime proficuum erit, qui ſub Rege vivunt, qui inter Primarios Imperii Proceres locum occupat. Veſtræ ergo, *Magnæ feliciſque Britanniæ Cives*, qui urbem hanc præſentiâ veſtrâ nunc ornatis, aut olim ornaturi eſtis, veſtrâ ni fallor diligentiâ dignum erit, Imperii illius naturam indagare, quod *Regem* veſtrum inter maxima ſua ſidera numerat. Si diverſas putatis rationes regionum, quas *Rex* veſter in Germania tenet, à rationibus regnorum, quæ ultra mare moderatur, id ipſum ad eas inveſtigandas animum veſtrum impellere, & ad Studium Juris Publici accendere debet. Quid enim impedit, quo minus Angli, etiam in Germanicis Provinciis regendis, tam felicibus dextriſque conſiliis Regem adjuvent, quam Patriæ ſuæ ſecuritatem & quietem firmarunt, ejuſdemque opes ac potentiam auxerunt. Et ſane ſi tantum in mentem induxiſſetis, Conſilia Studiaque veſtra eò aliquando dirigere, ut Germaniæ ſua libertas & purior religio ſervetur, id quod gens veſtra à longo tempore in laude poſuit, & feliciter effecit, eam ex notitia Jurium quæ Principibus Imperii Proteſtantibus competunt haurietis utilitatem, ut Conſilia veſtra nec à ſcopo aberrent, nec effectu careant.

Si

Si nimius fui, AUDITORES, in asserenda utilitate Juris Publici, ex communi hominum imbecillitate, quibus ea Studia maxime arrident & commendatissima videntur, quæ ipsi excoluerunt & docenda susceperunt; nihil certe affectui dabo, in eo quod mihi dicendum supereſt, de fructu, quo Juris Publici Germanici doctrina in hac Academia præ aliis tractari potest. Nolo enim eas utilitates nunc attingere, quæ omnibus literarum cultoribus in hac urbe communes sunt, quod nempe omnibus bonis artibus animum imbuere, Musis quietè vacare, corpus ingenuis exercitationibus ad elegantiam formare, & quod potissimum, in aliis autem Academiis rarissimum est, mores quoque ad comitatem & honestatem componere possint. Intra Juris Publici cancellos mea se continebit Oratio. Est autem hoc in omni disciplina præcipuum, ut mentem ab iis præjudiciis incorruptam serves, quæ à vero abducunt & in partes abripiunt.

Jam si considero, quanta sit inter Imperatorem & Imperii Ordines de mutuis juribus contentio, quantas, ne quid gravius dicam, dissensiones Religionis diversitas apud eos etiam disseminaverit, qui puriora ejus dogmata profitentur, dubius quandoque sum, an in Academiis Germanicis genuina Juris Publici Principia haurire liceat, Audio enim Imperatorem in Publicis Decretis, ad Comitia Ratisbonensia transmissis, publicè querentem & expostulantem, de protervia Doctorum quorundam Juris Publici, in Academiis Procerum Germaniæ, qua Jura sibi reservata modo non tolerando impugnant, & plenitudini, ut vocant, Imperialis potestatis obicem ponunt. Audio Germaniæ Proceres in publicis responsis regerentes, leges Imperii publicas à præposteris Imperialis fastigii adulatoribus perverti, & contra Statuum coimperantium Jura libertatemque detorqueri. Audio denique in controversijs quæ inter hos ipsos agitan-

agitantur, modo hunc modo alium, adverſæ partis aſſerta ut perverſa & legibus Imperii repugnantia notare. Et ſanè ſi verum hoc loco fateri licet, nihil tam certum, quàm quod magna pars Doctorum Juris Publici affectibus abripiatur, & cùm de juribus eorum agitur, ſub quorum poteſtate vivunt, non tam ea afferat, quæ revera obtinent, quam quæ Dominorum ſuorum utilitatibus inſervire videntur; quod ſingulares opiniones ſibi effingant, easque rationibus utcunque conquiſitis defendant.

Ab ejuſmodi ergo partium Studio qui animum liberare vult, illum oportet in ea conditione verſari, ut nullum à veritatis aſſertione nec timere odium, nec ſperare emolumentum poſſit. Hoc autem, an quiſquam melius præſtiterit, quàm qui ſub veſtro, PATRES AMPLISSIMI, præſidio vivit, nemo dubitabit, qui modo perpendet, nullam in Germania, neque inter Imperatorem & Imperii Ordines, neque inter hos ipſos intercedere contentionem, quæ Reipublicæ hujus interſit aliter quàm juxta Præſcriptum Publicarum Imperii Legum dirimi. Et quamvis nemo ignoret, vos Principum Proteſtantium cauſam Publicis precibus Deo commendare, & rebus eorum imprimis benè cupere, neutiquam tamen Religionis veſtræ Sociis tam præpoſtere favetis, ut odium veſtrum ei timendum ſit, qui in explicandis Juribus, quæ Statibus Imperii Catholicæ Religioni addictis competunt, genuinum legum fundamentalium ſenſum ſequitur.

Verum uti hoſpites de horum grege hic vix expectatis, ita ſufficiet, eos, qui adverſa caſtra ſequuntur magno cum fructu Jura Imperii publica hic addiſcere poſſe. Ad quod certè multum conferet, quod viros hic invenient, pacem Proteſtantium ſincere flagitantes, interque eos non unum modo & alium, quod jam alibi mireris, ſed omnes Eccleſiæ Antiſtites.

455

Dum itaque unius Viri, ad pacem & Ornamentum Ecclesiæ nati, facunda & pietatis plena Oratio, quàm de pace inter Protestantes colenda, die Musis Genevensibus sacra, ante annos non ita multos, pronuntiavit, eam vim in Imperii Comitiis habuit, ut ibi in linguam vernaculam transiata, & typis excusa eos etiam pacis amore & desiderio incenderit, qui ab ea tunc remotissimi videbantur, an putatis sine fructu futurum apud Juvenes bene moratos, & odio erga dissentientes nondum imbutos, inter eos versari, qui non solum in publicis privatisque sermonibus pacem & conjunctionem Protestantium suadent, sed cum iis etiam, qui Lutherum fidei suæ Reformatorem profitentur, tam amicè agunt, ut non ore tantum, sed reipsa eos pro Fratribus agnoscant. Certè Juris Publici cultores, ad concordiam inter Protestantes colendam tam egregiè præparati, ita eorum Jura in Imperio considerabunt, ut fatales de ijsdem rixæ vitentur, & ut ea quæ sociatis viribus parta fuit libertas, conjunctis etiam viribus firmetur, & ad posteras transmittatur.

Possem adhuc AUDITORES, de amica Imperii & Sacerdotii Conspiratione aliquid in medium proferre, qua Civitas hæc præ aliis se commendat, & de qua rectè stabilienda opus est, ut Juris Publici Studiosus benè instructus sit, si medendis Germaniæ malis animum aliquando applicare vult, quæ ex conflictu summæ in Imperio potestatis, cum Auctoritate primariorum Ecclesiæ, imprimis Romanæ, Antistitum in eam derivata sunt, & indies adhuc emergunt. Sed nolo prolixiori Oratione aures vestras fatigare, & de fructu, quo Juris Publici scientia in hac Academia præ aliis doceri potest, plura afferre, quoniam id ex adductis modo Argumentis meridiano Sole clarius eluceſcit.

Opta-

Optarem nunc, AUDITORES, ut ea, quæ hactenus recenſui hujus loci in Jure Publico docendo commoda, in meum eorumque uſum convertere poſſem, quibus Studiorum ſuorum ducem me eligere placebit. Optarem, me hac tam utili ſcientia adeò inſtructum, ut inter Juris Publici Doctores ita eminerem, uti hanc Academiam, enumeratis prærogativis, inter cæteras eminere oſtendi. Verùm ingenuè fateor, me iis omnibus facile concedere, qui in Academiis Germanicis Publica Jura explicant, neque quidquam aliud, niſi hoc forte, præ aliis quibusdam mihi tribuere poſſe, quod data mihi fuerit occaſio, in iis Germaniæ locis ſat diu verſandi, ubi Publica Imperii negotia tractantur, ibique à viris rerum Germanicarum peritiſſimis, in iiſque dextrè gerendis longo uſu exercitatiſſimis multa addiſcendi, quæ à vulgaribus Juris Publici Scriptoribus aut omittuntur, aut minus rectè exhibentur. Cùm autem in omni Studiorum genere multum interſit, ut, qui animum iis applicant in ipſo limine moneantur, ne tricis & ineptiis, quas practicis etiam diſciplinis vana quorundam hominum ingenia admiſcuerunt, ſed talibus præceptis animam inſtruant, quæ in ipſis rerum argumentis uſum habent; hæc prima mihi & conſtans in Jure Publico docendo cura erit, ut miſſis iis, vel leviter tactis, quæ nullius aut exigui momenti ſunt, ea tantum Auditoribus meis tradam, & dilucide exponam, ex quibus genuinus Germaniæ Status intelligi poteſt; ut repoſitis partium Studiis, Imperatoris & Imperii Ordinum Jura, juxta legum fundamentalium verum tenorem explicem; ut cauſas oſtendam, quæ eos toties collidunt; & optimis legibus omnem non rarò vim & effectum adimunt, ut Imperii nævos ea, quæ veritatis & Patriæ amantem decet, verecundiæ indicem; ut denique totam Juris Publici doctrinam ad pacem & concordiam in Imperio tuendam dirigam. Hac Via incedendo, ſpero me conſecuturum, ut Auditores

456

mei, ex ea quam ipsis polliceor opera, non spernendum fructum capiant, & vestram, PROCERES AMPLISSIMI, etsi nimis benignam de me opinionem non planè fallam.

Finis hic Orationi meæ imponendus erat; sed dum in portum, quem timidus & perculsus reliqueram, lætus & exultans redeo, subit me denuo suavissima ejus gaudii memoria, quod per totum pectus se diffudit, cùm in hanc urbem pedem referrem, è qua ante sexennium excesseram. Quod enim ab eo tempore in votis habui, ut in hac purioris Religionis & raræ libertatis sede vitam aliquando transigere mihi liceret, id Divino Numine benignè dirigente, & vestra, PATRES AMPLISSIMI, indulgentia, tanto successu mihi videor consecutus, ut spem & expectationem meam longè superet. Suffeciisset, Reipublicæ hujus veneratorem & admiratorem in sinum vestrum recipere, eaque humanitate amplecti, quam omnes peregrini hic experiuntur. Vos autem publico etiam munere me condecorare, & inter Professores hujus Athenæi Celeberrimos locum mihi assignare voluistis. Quanta affectus vestri declaratione, quam unanimi consensu, quanta alacritate id feceritis, etsi id ipsum honoris in me collati pretium insigniter augeat, non sustineo hic commemorari, ne gloriam potius inde captare, quam Vestram in me immerentem Benevolentiam in hac re agnoscere videar. Velim tantummodò Vos persuasos, me beneficii hujus magnitudinem penitus perspicere, ac ita pectori infixisse, ut grata ejusdem recordatio perpetuus mihi stimulus futurus sit, pro Reipublicæ hujus perenni incolumitate, & pro Vestro, PROCERES AMPLISSIMI, quorum cura & consiliis tam auspicatè regitur, longæva salute, indefessas apud Deum preces fundendi, atque omni veneratione, observantia & obsequio id agendi, ut beneficii mihi exhibiti nunquam Vos pœniteat.

Vobis

Vobis quoque, RECTOR MAGNIFICE, ECCLESIÆ PASTORES, & PROFESSORES VENERANDI, CELEBERRIMI, gratias ago quantas possum maximas, quod tam propensa in me fueritis voluntate, ut in societatem vestram me recipere, meisque desideriis commendatione vestra velificare non detrectaveritis, parum solliciti, ne famæ vestræ, quæ apud exteros quoque clarissima est, aliquid decederet, cùm constiterit, Vos hominem nullius in Republica literaria nominis, Ordini vestro adscripsisse. Hoc amicitiæ vestræ documentum, uti dubitare me non sinit, quin imbecillitati meæ veniam daturi, consiliisque vestris in posterum me adjuturi sitis, ita operam dabo, ut debita reverentia, & nullo non Officiorum Studiorumque genere vestrum favorem demerear.

Quid tandem Vobis omnibus, AUDITORES, rettribuam, quos rebus meis impense favere singulis diebus experior, qui maxima humanitate hactenus me excepistis, & in hoc loco tanto numero congregati, amoris erga me vestri Publicum & honorificentissimum Testimonium mihi exhibuistis. Videretis, si pectoris præcordia Vobis aperire liceret, quanto in pretio mihi sint vestra omnium nomina, quantoque ardeam desiderio, meam animi devotionem omni occasione Vobis declarandi, Deum interea precaturus, ut res vestras semper secundet, mihique largiatur, inter tot charissima capita diu versari, eorumque constantissimo favore frui.

D I X I.

1342. 69

DISPUTATIONUM CIRCULARIUM
JURIS PUBLICI
Prima
De


PRÆCOGNITIS JURIS PUBLICI

Eam
PRÆSIDE

JOH. CHRISTOPHORO
WAGENSEILIO,
J. U. D. & Jur. Publ. ac Historiarum Prof. Publ.
Præceptore & Hospite suo
Defendet
ERNESTUS JULIUS PERSIUS
De Lohnsdorf.

Ante diem XXI. Februarii Anni *M. DC. LXXII.*
H. L. Q. C.

458



FELICITER!

I.

JUs Publicum, veteri verbo, sed recenti significatione, nobis notat, Reipublicæ Germanicæ, Materialem, Formalemque notitiam, ex illo tempore, quo Imperii Romani elogio censetur.

II.

Est hæc cognitio Nobilissima, &, si quæ alia, ingenuo, atq; in spem Patriæ, nato Civi, summe necessaria: Longeq; turpius est, eâ carere, quam in veteri Romanâ Republicâ, Q. Mucii, *l. 2. §. 43. de Or. Jur.* judicio, turpe fuit Patricio, & Nobili, Juris Civilis destitui peritiâ.

III.

Quamobrem Publicum Jus, in Academiis nostris, publicè & docere, & discere, non tantum fas, sed & necesse est.

459

IV.

Non tamen promiſcue, de rebus quibusvis, palàm, & temere pronunciandum, ſed Principes, eâ ſæpe colendi religione, quâ Tacito teſte, Majores noſtri, apud Deos ſuos uſi ſunt, ſanctius ac reverentius judicantes, de illorum actis credere, quam ſcire.

V.

Pararur Notitia Juris Publici, poſt Juris Naturæ, Gentium, Civilisq;, nec non Politices, jacta fundamenta, ex Antiquis, Novisque Imperii Conſtitutionibus, Aurea Bulla, Inſtrumento Pacis, Capitulationibus Cæſarum, Catenâ ad hanc uſque ætatem, ſeſe excipientium Hiſtoricorum noſtrorum, inſuper, ex Egregiorum Virorum, qui de hoc jure, ſive ſtrictim, ſive fuſe commentati ſunt, ingenii monumentis; ex auſcultatione Præceptorum; denique ex Converſatione cum iis, qui Aulis & Curiis Principum interfuerunt.

VI.

Germaniæ, ſive, quod idem eſt, Imperii Romano-

mano-Germanici, Politicos fines, vix ita definire licet, ut ea res contentione, ac difficultatibus careat. Eos igitur tanquam incertos, aut saltem vehementer controversos, prætervehimur.

VII.

Geographis, Germania vulgo terminatur ab Oriente, Borussiâ, Poloniâ, Hungariâ: ab Austro, Istria, Italiâ, & Helvetiâ: ab Occasu, Comitatu Burgundiæ, & Belgio: à Septentrione, Oceano, Cimbricâ Chersoneso, & Balthico mari.

IIX.

Sed certum est, his terminis non includi omnia, in quæ Imperii Germanici Jurisdictio se extendit, etsi hæc ipsa potestas quoq;, antiquis temporibus longe major fuit, ac hodie esse deprehenditur.

IX.

Nempe, multa ab Imperio, mediis haud licitis, sunt avulsa, quæ ab injustis Possessoribus jure vindicari, & possent, & deberent: Flagitantibus id ipsum, (ut cætera taceamus) ipsis

Capitulationibus Imperatorum : In Instrumento tamen Pacis, consultò nulla videtur ejus rei facta esse mentio.

X.

Enim verò, uti nunc Seculi, in quo vivimus, instituta sunt, vix est, ut sperare liceat, aut suscipi posse negotium arduum ; aut si suscipiatur, habiturum esse eventum prosperum.

XI.

Quicquid tamen sit de iis, quæ Imperio Germanico sunt subducta: est tamen nihilo minus Germania, omnium totius Europæ Provinciarum maxima, &, quæ olim terris informis, aspera cœlo, cultuque tristis fuit, nunc undiquaque felix, læta & fertilis, Frumento, Vino, Pabulis, Armentis, Aquis, Lapidibus, Metallisq; abundat: Totaque Pagis, Oppidis, Urbibus, referta est : Ut proinde hac quoque parte, reliquis Europæ Regionibus palmam præripiat.

XII.

Hic Terrarum tractus, incolarum præterea innumera numerositate nobilitatur, quibus nec

nec peritia rei Militaris, nec ingenium ad inveniendas aut excolendas Artes, nec solertia in commutandis Mercimoniis, nec Obsequium erga Principem, nec Fides, promissorumque tenacitas, nec Virtutes reliquæ, unquam defuerunt; nisi quod in Sanctam Sobrietatem, & peccatum sæpe est, & etiamnum peccatur plus nimio.

COROLLARIA.

I.

NOn præter omnem rationem, dubitant Viri Docti, an Nebucadnezaris Somnium, & illa, quæ Daniel vidit, monstrosa Animalia, proprie ad quatuor, quas vulgo vocamus, Monarchias, attineant.

II.

CHRISTUS *Dominus noster, non est natus Mense Decembri.*

III.

Quicquid operosè Livius lib. IX. Hist. *differat, ut probet, Romanos suos, Alexandro M. superiores esse*

esse potuisse, si ipse neglecta Asia, cum illis manus conserere voluisset: Nobis tamen contrarium verius videtur, & omnino persuasi sumus, Romanos haud pares fuisse futuros, ad sustinendos impetus.

IV

Opinantur, etiam inter Pontificios, Viri Cordati, Sacram Equitum Melitensium Militiam, Orbi Christiano plus obesse, quam prodesse. Et nos opinioni huic, propemodum accedimus.

FINIS.



469

Johann Georg Estors
Fürstlichen Sächsischen Hof-Raths
und Professors

Einleitung
Zum

Pfältzischen
Staats- Kirchen- und Lehen-Rechte.



Jena, druckts Johann Friederich Ritter, 1738.

462

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

Lehen
ein V
Vorh
nicht

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

Vorrede.

Nachdem ich mich gemüßiget gesehen, einigen allhier Studirenden das Pfältzische Staats- Kirchen- und Lehen-Recht zu erklären, gleichwohl ein Buch, welches zum Grund dieses Vorhabens mir gedienet hätte, sich nicht finden wollen; so habe ich den

Entschluß fassen müssen, die Feder selbsten anzusetzen, und meinen Zuhörern die Anfangs-Gründe auf das kürtzeste zu entwerfen. Ich gebe diese darum vorietzo ans Licht, damit ich andere, welchen entweder der Zugang zu den Pfältzischen Archiven offen stehet, oder sonsten in diesem Stück hinlängliche Nachrichten besitzen, veranlassen möchte, die nöthigen Zusätze diesfals der gelehrten Welt mitzutheilen, und die vorkommende Fehler zu verbessern. Ich zweifle darneben nicht, es werden sich verschiedene Gelehrten aufmuntern lassen, das im finstern liegende

469

besondere Staats-Recht der Provintzen Teutschlands hinführo, nach Vermögen, zu erläutern, bevorab ein ieder von dem ausnehmenden Nutzen dergleichen Arbeit sattsam versichert ist. Dieses seyn die Absichten meines gegenwärtigen Vorhabens, und hoffe ich nicht, daß iemanden, absonderlich den hohen Pfaltzgräflichen Häusern, in diesem Werck zu nahe getreten worden, wie dann dasselbige allenfals viel zu geringe ist, grossen Reichs-Fürsten an ihren Gerechtsamen das mindeste zu benehmen. Ich lege vielmehr, so viel meine Wenigkeit betrift, hier-

464

durch, vor die Aufrechterhaltung aller wahren Pfältzischen Gerechtsamen, die feyerlichste Rechtsverwahrung bey der gesamten gelehrten Welt ein, und versichere zugleich, daß ich der erste seyn werde, welcher die etwa eingeschlichenen Fehler äussersten Fleisses zu verbessern sich möglichst angelegen lassen seyn wird. Schlüßlich habe ich der Nothdurft zu seyn erachtet, die zwo Zugaben wegen der Gräflichen Leiningischen und Rheingräflichen Häuser um deswillen hinzu zu fügen, weil eines Theils, wegen der Nachbarschaft, nur gedachte Gräfliche Häu-

ser

ser auf den Pfältzischen Staat ein besonderes Augenmerck zu richten haben, andern Theils aber einem Liebhaber des Pfältzischen Staats daran gelegen ist, die Gerechtsamen der benachbarten schwächern Häuser genau einzusehen, damit in vorfallenden nachbarlichen Irrungen er von den streitigen Puncten ein begründetes Urtheil zu fällen vermöge. Wie dann auch der Anhang von den zur Pfältzischen Historie, Staats- Kirchen- und Lehen-Recht dienenden Schriften um so weniger unangenehm seyn wird, ie mehr man sich hierunter beflissen, das nöthige

469

465

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

in dieses Bücher-Verzeichnis zu bringen, auch die Gegeneinanderhaltung mit andern, so diese Schriften in etwas anzumercken sich beflissen haben, den Unterscheid dieser Arbeit, von deren hierunter bezeigten Bemühung, sattsam verofenbaren wird.

Inhalt.

Inhalt.

Erstes Haupt-Stück.

Von dem Namen und Amt der Pfaltz-Grafen überhaupt, und des am Rhein absonderlich.

Erste Abtheilung.

Von den Teutschen Pfaltz-Grafen überhaupt.

Andere Abtheilung.

Von den alten Pfaltz-Grafen beym Rhein.

Zweytes Haupt-Stück.

Historie von den Pfaltz-Grafen am Rhein, aus dem Hause Bayern.

Erste Abtheilung.

Von dem Pfaltz-Grafen Ludwigen, dem Strengen, bis auf den Chur-Fürsten, Otto Henrichen.

Andere Abtheilung.

Von den Pfaltz-Grafen und Chur-Fürsten aus der Pfaltz-Simmerischen Linie.

Inhalt.

Dritte Abtheilung.

Von den Pfaltz-Grafen und Chur-Fürsten aus dem Hause Pfaltz-Neuburg.

Vierte Abtheilung.

Von den Pfaltz-Grafen aus dem Hause Sultzbach.

Fünfte Abtheilung.

Von der erloschenen Pfaltz-Zweybrückischen Linie.

Sechste Abtheilung.

Von dem ietzigen Pfaltz-Zweybrückischen und vormaligen Pfaltz-Birckenfeldischen Hause.

Drittes Haupt-Stück.

Von verschiedenen Pfaltzen, und andern Pfältzischen Ländern.

Erste Abtheilung.

Von der Unter-Pfaltz.

Andere Abtheilung.

Von der jungen Pfaltz, oder dem Hertzogthum Neuburg.

Dritte Abtheilung.

Von dem Pfaltz-Sultzbachischen Antheil.

Vier-

Inhalt.

Vierte Abtheilung.

Von den Zweybrückischen und Birckenfeldischen Ländern, insonderheit dem Antheil der Grafschaft Sponheim.

Fünfte Abtheilung.

Von dem ehemaligen Pfaltz-Veldentzischen Antheil.

Viertes Haupt-Stück.

Von den zum Pfältzischen Staats- Kirchen- und Lehen-Recht gehörigen Urkunden, Verordnungen und Verträgen.

Fünftes Haupt-Stück.

Von den hohen Gerechtsamen des Churfürstlichen und Pfaltzgräflichen Hauses, sowohl innerhalb, als auch ausser dessen Landen.

Sechstes Haupt-Stück.

Von den Titeln und Wapen der Pfaltz-Grafen beym Rhein.

Siebendes Haupt-Stück.

Von dem Churpfältzischen Huberts-Orden.

Achtes

Inhalt.

Achtes Haupt-Stück.

Von den Pfältzischen Bedienten und Unterthanen.

Neuntes Haupt-Stück.

Von den Gerechtsamen des Chur-Fürsten zu Pfaltz in geistlichen Sachen.

Erster Abschnitt.

Von den neuern Religions-Irrungen in der Unter-Pfaltz.

Anderer Abschnitt.

Von den obgewalteten Religions-Irrungen im Zweybrückischen.

Dritter Abschnitt.

Von den Religions-Irrungen im Hertzogthum Neuburg.

Vierter Abschnitt.

Von den Pfaltz-Sultzbachischen Religions-Beschwerden.

Anhang.

Von noch verschiedenen andern Religions-Beschwerden in denen benachbarten Gegenden.

Zehen-

Inhalt.

Zehendes Haupt-Stück.

Von den Pfältzischen Lehen-Sachen.

Erste Abhandlung.

Von den Lehen, welche vom Kayser die Pfaltzgräflichen Häuser zu Lehen tragen.

Andere Abhandlung.

Von den Lehen, welche höchst diese von andern Ständen zu Lehen empfangen.

Dritte Abhandlung.

Von dem Pfältzischen Lehen-Hof.

Vierte Abhandlung.

Von der Eigenschaft und Beschaffenheit der Pfältzischen Lehen.

Eilftes Haupt-Stück.

Von den Ansprüchen des Pfältzischen Hauses.

Erste

Inhalt.

Erste Zugabe.

Erstes Haupt-Stück.

Historie der Grafen zu Leiningen.

Anderes Haupt-Stück.

Von dem Wapen und Titel derselben.

Drittes Haupt-Stück.

Von den besondern Gerechtsamen dieses Gräflichen Hauses.

Viertes Haupt-Stück.

Von den Theilungen in sothanem Hause, und den deshalber entsprungenen Irrungen.

Fünftes Haupt-Stück.

Von denen Lehen, welche die Grafen von Leiningen haben.

Erster Abschnitt.

Von denen Lehen, welche von Chur-Pfaltz die Grafen zu Leiningen-Dachsburg tragen.

Zweiter Abschnitt.

Von denen Lehen, so von Chur-Pfaltz die Grafen zu Leiningen-Westerburg empfangen.

Drit-

Inhalt.

Dritter Abschnitt.
Von denen Lehen, welche von einigen geistlichen Fürsten das Gräfliche Hauß Leiningen empfänget.

Sechstes Haupt-Stück.
Von denen Landschaften, so die Gräflichen Häuser Leiningen ietzo besitzen.

Siebendes Haupt-Stück.
Von den Ansprüchen der Leiningischen Häuser.

Andere Zugabe.

Erstes Haupt-Stück.
Von dem Nahmen der Wild- und Rhein-Grafen.

Zweites Haupt-Stück.
Von dem Geschlecht und Ursprung der Wild- und Rhein-Grafen.

Drittes Haupt-Stück.
Von den Gerechtsamen und der Verfassung des Rheingräflichen Hauses.

Vier-

Inhalt.

Viertes Haupt-Stück.

Von den Lehen des Rheingräflichen Hauses.

Fünftes Haupt-Stück.

Von denen Ansprüchen des Rheingräflichen Hauses.

Sechstes Haupt-Stück.

Von dem ehemaligen Zuwachs der Rheingräflichen Landen.

Siebendes Haupt-Stück.

Von denen Landen, welche die Rheingräfliche Häuser anietzo besitzen.

Anhang.

Erzehlung von den zur Pfältzischen Historie und Staat gehörigen Schriften.



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

VARIA

JURIDICA.

Handschr.
915

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN